

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri
omnes**

Livius, Titus

Frankofurdi, 1648

Liber VII

urn:nbn:de:bsz:31-105429

quibus cum ab vniuersis gratia acta essent, factum
senatusconsultum, vt duos viros ædiles ex patribus
dictator populum rogaret, patres auctores omnib.
eius anni comitiis forent.

DECADIS PRIMÆ LIB. VII.
Epitome.

Duo noui magistratus adiecti sunt: pratura, & ædilitas
curulis. Pessilentia ciuium laborauit: ex mag. insignem
fecit mors Furii Camilli. cuius remedium, & finis
cum per nouas religiones quaeretur: ludii scenici tunc primū
facti sunt. Cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tri-
buno pl. propter delectum acorbe factum, & ob T. Manlium
filium rus relegatum, sine vilo crimine: adolescens ipse, cuius
relegatio patri obieciatur, venit in cubiculum tribuni: stri-
ctog. gladio coegit eum in verba sua iurare, non perseuera-
turum se in accusatione. tunc omnia perniciosa sunt. In pa-
rentem voraginem urbis Romæ Curtius armatus equo se
precipitauit: eaque expleta est. Manlius adolescens qui pa-
trem a tribunicia vexatione liberauerat: contra Gallum pro-
uocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare cer-
tamen descendit: eique occiso torquem aureum detraxit: quem
ipse postea tulit, & ex eo Torquatus est nuncupatus. Duæ
tribus adliri: Põrina, & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso
lata damnatus est: quod plus quingentorum iugerum agrum
possideret. M. Valerius trib. militum Galliam, a quo provoca-
tus erat: insidente galea coruo, & unguibus rostrag. infestan-
te hostem, interemit: & ex eo Coruini nomen accepit, consi-
g. proximo anno creatus est ob virtutem: cum xxiiii. ageret
annum. Amicitia cum Carthaginensibus iuncta. Campani,
cum vngerentur a Sannitiibus bello: auxilio aduersus eos a se-
natus petito, cum id non impetrarent: urbem atq. agros populo
Romano dederunt, ob quam causam ea, qua populi Rom.

Ec

V.C. facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio consule exercitus in unicum locum deductus in magno discrimine esset: P. Decij tribuni militum opera stratatus est: qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites confederant: occasionem consuli in aequiore loco evadendi dedit: ipse ab hostibus circumfessus erupit. Milites Romani, qui Capua in praesidio erat reliquit: cum de ea occupanda urbe conspirassent: & detecto consilio, metu supplicij a populo Romano desecissent: per M. Valerium Corvinum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocauerat: patria restituti sunt.

339.



NNVS hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, praetura, & curuli aedilitate. Hos sibi patricii quaesivere honores, pro concessio plebi altero consulatu Plebes consularum L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: patres praeturam. Sp. Furio M. filio Camillo, aedilitatem Cn. Quintio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni suarum gentium viris gratia campestris dederunt. L. Sextio collega ex patribus datus L. Aemilius Mamercus. Principio anni & de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat, & de Hernicorum defectione agitata mentio. Cum de industria omnia, ne quid per plebeium consulem ageretur, proferrentur: silentium omnium rerum, ac iustitio simile ocium fuit: nisi quod non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule vno plebeio tres patricos magistratus curulibus sellis praetextatos tanquam consules sedentes nobilitas sibi sumpserat, praetorem quidem, etiam iura redderem, & collegam consulum, atque iisdem auspiciis creatum, verecundia inde imposta est senatui ex patribus iubendi aediles

les curules cre
fierent, coner
L. Genucio de
bello quiesce
vatore, peliti
len curule, t
pro portione &
tribl. maxim
mos quam m
eam rete riv
ce belloque, p
exilio vel deli
placavit op
partiam, secum
per quinque
rim, ierulo tan
secundum a R
rent: de hoc &
C. Licinio Sto
genum memor
fuerat causa te
tiam fuit. &
his, nos ope du
zimus, hodi quo
fatu citri mod
letis iura placat
na quoque, ut te
prima res fuit.
curiam sum. a
stiohis modo
more. T. Uico
na, simul iaco
veribus ceper
nat. Accepta

les curules creati. Primo vt alternis annis ex plebe *v. c.*
 fierent, conuenerat: postea promiscuum fuit. Inde 390.
 L. Genucio & Q. Serulio Coss. & ab seditione, & a
 bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis
 vacarent, pestilentia ingens orta. Censorem, adilem
 curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt,
 pro portione & ex multitudine alia multa funera
 fuisse. maximeque eam pestilentiam insignem
 mors quam matura, tam acerba M. Furii fecit. fuit
 enim vere vir vnicus in omni fortuna princeps pa-
 ce belloque, prius quam exulatum iret: clarior in
 exilio vel desiderio ciuitatis, quæ capta absentis
 implorauit opem: vel felicitate, qua restitutus in
 patriam, secum patriam ipsam restituit. par deinde
 per quinque & triginta annos (tot enim postea
 vixit) titulo tantæ gloriæ fuit: dignusq; habitus quæ
 secundum a Romulo conditorem vrbis Roma fer-
 rent. & hoc & in sequenti anno T. Sulpicio Petico, 391.
 C. Licinio Stolone Coss. pestilentia fuit. eo nihil di-
 gnum memoria actum, nisi quod pacis deum expo-
 scenda causa tertio tū post conditam urbem lecti-
 sternium fuit. & cum vis morbi nec humanis consi-
 liis, nec ope diuina leuaretur, victis superstitione a-
 nimis, ludi quoq; scenici, noua res bellicoso populo
 (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia coe-
 lestis iræ placamina instituti dicuntur. Caterū par-
 ua quoq; (vt ferme principia omnia) & ea ipsa pere-
 grina res fuit. Sine carmine vlllo, sine imitandorum
 carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad
 tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus
 more Tusco dabant. Imitari deinde eos iuuen-
 tus, simul inconditis inter se iocularia fundentes
 versibus cepere: nec absoni a voce motus e-
 zant. Accepta itaque res sapiusque vsurpando

excitata. Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante Fescennino versu similem in-compositum temere ac rudem alternis iacebāt, sed impletas modis satyras descripto iam ad tibi-cinē cantu, motuq; congruenti peragebant. Livius post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam serere, idem scilicet (id quod omnes tum erāt) suorum carminum actor dicitur, cum sapius reuocatus vocem obtudisset, venia pe-tita puerum ad canendum ante tibicinem cum sta-tuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vsus impediēbat. inde ad ma-nam cantari histrionibus cceptum, diuerbiaq; tan-tum ipforum voci relicta. Postquam lege hac fabu-larum ab risu ac soluto ioco res auocabatur, & ludus in artem paulatim vertērat. iuuentus histrioni-bus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more an-tiquo ridicula in texta versibus iactitare ccepit, quae inde exodia postea appellata, confertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrioni-bus pollui passa est. eo institutum manet, vt actor-es Atellanarum nec tribu moueantur, & stipēdia tanquam expertes artis ludicrae faciant. Inter alia-rum parua principia rerum, ludorum quoq; prima origo ponenda visa est, vt appareret quam ab sano initio res in hanc vix opulenti regnis tolerabilem insaniam venerit. Nec tamē ludorum primum ini-tium procurandis religionibus datum, aut religio-ne animos, aut corpora morbis leuauit. quin etiam cum medios forte ludos circus Tiberi superfuso ir-rigatus im pedisset, id vero velut auersis iam diis, as-perrantibusq; placamina ira, terrorem ingentem fecit.

fecit. Itaque C
 con-iam Con
 quōnio animo
 repetitum ex
 tate quondam
 religione addi
 di exula dicit iul
 Pinatium magi
 pōtion interis ve
 In. libus Sepe
 dextro lateri re
 qua Minerua t
 per ea tempo
 rum fuisse ter
 legem, quia m
 scimus quoque
 dicit in templ
 diligere talium
 alicuius M. H
 uis optima max
 cibus. A consuli
 unquam erat
 est inermis
 sa est res, quope
 cūta creatus L
 non solennia
 tum Hernicu
 tatem agitari
 luntis plebis co
 ditatura abire
 quentis anni Q
 dūs Manlio dic
 Acertibus in de
 etiam laceratio

fecit. Itaque Cn. Genucio, L. Æmilio Mamercio ^{V. C.} _{392.}
 cundum Consulibus, cum piaculorum magis con-
 quisitio animos, quam corpora morbi afficerent,
 repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam
 quondam clauo ab dictatore fixo sedatam. ea
 religione adductus senatus, dictatorem clauo figendi
 causa dicitur iussit. dictus L. Manlius Imperiosus, L.
 Pinarium magistrum equitum dixit. Lex vetusta est,
 prisca literis verbisque scripta, ut qui prætor maximus
 sit, Idibus Septembribus clauum pangat. Fixus fuit
 dextro lateri ædis Iouis optimi maximi ea ex parte
 qua Mineræ templum est. Eum clauum, quia raræ
 per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum
 fuisse ferunt: eoque Mineræ templo dicatam
 legem, quia numerus a Minerua inuentus sit. Vol-
 sciniis quoque clauos indices numeri annorum
 fixos in templo Nortia: Hetruscæ deæ comparere,
 diligens talium monumentorum auctor Cincius
 affirmat. M. Horatius consul ex lege templum Iouis
 optimi maximi dedicauit, anno post reges ex-
 actos. A consulibus postea ad dictatores, quia maius
 imperium erat, solenne clauo figendi translatum
 est. Intermissa deinde more, digna etiam per se vi-
 sa est res, propter quam dictator crearetur. qua de
 causa creatus L. Manlius, perinde ac rei gerendæ, ac
 non soluendæ religionis gratia creatus esset, bel-
 lum Hænicum affectans, delectu acerbo iuuentu-
 tem agitauit: tandemque omnibus in eum tri-
 bunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus,
 dictatura abiit. neque eo minus principio insequen-
 tis anni Q. Serulio Hala, L. Genucio II. Coss.
 dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis.
 Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed
 etiam laceratione corporum lata, partim virgibus ca-

sis qui ad nomina non respondissent, partim in
 vincula ductis, inuisa erat: & ante omnia inuisum
 ipsam ingenium atrox, cognomenque imperiosi
 graue liberae ciuitati, ab ostentatione sauitiae adsci-
 sum, quam non magis in alienis, quam in proximis
 ac sanguine ipso suo exerceret. criminique ei tribu-
 nus inter cetera dabat, quod filium ianensem nul-
 lius probri compertum, extorrem vrbe, domo, pe-
 natibus, foro, luce, congressu æquali prohibiti, in
 opus seruile, ppe in carcere atq; in ergastulū dede-
 rit. vbi summo loco natus dictatorius iuuenis, quo-
 tidiana miseria disceret vere imperioso patre se na-
 tum esse. at quam ob noxam? quia infacundior sit,
 & lingua impromptus. quod natura damnū virū
 nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset,
 an castigandum, ac vexatione insigne faciendum
 fuisse? ne mutas quidem bestias minus alere & fo-
 uere, si quid ex progenie sua parum prosperum
 sit, at hercule L. Manlium malum malo augere filii
 & tarditatem ingenii insuper premere: & si quid in
 eo exiguum naturalis vigoris sit, id extinguere vita
 agresti, & rustico cultu, inter pecudes habendo. Om-
 nium potius his criminationibus, quā ipsius iu-
 uenitatis, irritatus est animus, quin contra se quoque
 parenti causam inuidiæ atque criminum esse ægre
 passus, vt omnes dii hominesque scirent se parenti
 opem latam quam inimicis eius malle: capit con-
 festum iudis quidem atque agrestis animi, & quan-
 quam non ciuili exempli, tamen pietate laudabi-
 le. Inscientibus cunctis cultro succinctus mane in
 vrbem, atque a porta domum confestim ad M.
 Pomponium tribunum pergit: ianitori opus esse
 sibi domino eius conuento extemplo ait, nuncia-
 zet T. Manlium Lucii filium esse. mox introdu-
 ctus

tus (etenim
 ciuitatis aliqu
 desere) salu
 cum eo age
 inde omni
 super lectum
 ce esset verba
 si conciliu
 extemplo tran
 (quippe qui
 inermem, illu
 had minus ti
 bus suis cerne
 & pra se de
 stitisse, nec po
 gi ferendi de
 tem fieri. ita
 fin: eoque id
 nato a ceret
 que non pat
 po etiam ad
 anno primu
 nes iustitio
 A iustis voc
 dum in ser lo
 conciliand
 cul coru hom
 seu motu ter
 me specu val
 nem dicitur
 ei pro se qui
 deum mouit
 Rom. postea
 bant rempu

Etus (etenim percitum ira in patrem spes erat, aut
 criminis aliquid noui, aut consilii ad rem agendam
 deferre) salute accepta, redditaque, esse ait quæ
 cum eo agere arbitris remotis velit, procul
 inde omnibus abire iussit, cultrum stringit: &
 super lectum stans ferro intento, nisi quæ ipse con-
 cepisset verba iuraret, se patris eius accidendi cau-
 sa concilium plebis nunquam habiturum, se eum
 extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus
 (quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum
 inermem, illum præualidum iuuenem, & quod
 haud minus timendum erat, stolidæ ferocem viri-
 bus suis cerneret) adiurat in quæ adactus est verba.
 & præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto de-
 stirisse, nec perinde vt maluisset plebes, sibi suffra-
 giū ferendi de tam crudeli & superbo reo potesta-
 tem fieri. ita ægre habuit filium id pro parente au-
 sum: eoque id laudabilis erat, quod animum eius
 tanta acerbitas patria nihil a pietate auertisset. Ita-
 que non patri modò remissa causæ dictio est, sed i-
 psi etiam adolescenti ea res honori fuit. & cum eo
 anno primum placuisset tribunos militū ad legio-
 nes suffragio fieri (nam & antea, sicut nunc, quos
 Ruffulos vocant, imperatores ipsi faciebant) secun-
 dum in sex locis tenuit, nullis domi militiæque ad
 conciliandam gratiam meritis, vt qui rure & pro-
 cul coetu hominum iuuentam egisset. Eodem anno
 seu motu terræ, seu qua vi alia forū medium fer-
 me specu vasto collapsum in immensam altitudi-
 nem dicitur: neq; eam voraginem coniectu terræ,
 cū pro se quisq; gereret, expleri potuisse prius, quā
 deūm monitu queri coeptū, quo plurimum populus
 Rom. posset. id enim illi loco dicandum vates canē-
 bant, si tempubl. Romanam perpetuam esse vellēt

tum M. Curtium iuuenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes, an vllum magis Romanum bonum, quam arma, virtusque esset. Silentio facto, templa deorum immortalium, quae foro imminere, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in caelum, nunc in patentes terrae hiatus ad deos manes porrigentem se deuouisse: equo deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum immisisse, donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas: lacumque Curtium non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatum. Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret. nunc fama rerum standum est, ubi certam derogat veteris fidei. Et lacus nomen ab hac recentiore insignis fabula est. Post tanti prodigii procurationem eodem anno de HERNICIS consultus senatus, cum foeciales ad res repetendas nequicquam misisset, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo HERNICIS censuit: populusque id bellum frequens iussit. L. GENUCIO consuli ea provincia forte euenit. In expectatione ciuitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset: deinde vt eueniret res, ita communicatos honores prospere aut secus consulto habitura. Forte ita tulit casus, vt GENUCIUS ad hostes magno conatu profectus, in insidias praecipitaretur: legionibus nec opinato pauore fuis, consul circumuentus ab inficis quem interfecissent, occideretur. Quod ubi est ROMANUM nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate mcesti patres, quantum feroces infelici consulis plebeii ductu, fremunt omnibus locis: irent, crearent consules ex plebe: transferrēt auspicia, quo nefas esset: potuisse patres plebiscito pelli honoribus

horibus suis
 eam legem
 sua auspicia: q
 quo necius ne
 eorum docime
 iure comitia de
 personat. Ap. C
 minore nunc a
 consiliu inculca
 eorum demulsi
 indictum. Prius
 in HERNICIS ven
 pet occisione g
 cotulius coeter
 datus expugnari
 to. Et plenis iur
 ruptio est facta.
 HERNICIS abfuit
 sine DISTRICIS
 cibus iungitur,
 ne dictator lauc
 ruit: castra dese
 metibus tollit: a
 das virtutes acu
 apparat: qui de
 ignari auctarum
 gent. Omne H
 azas exciuit. q
 tobata viro: an
 inuictus eius e
 pendii. decreta
 immunes quoq
 pugna laborem
 parte annitend

moribus suis, num etiā in deos immortales inauspicatam legem valuisse vindicasse ipsos suum numē, sua auspicia: quæ ut primum contacta sint ab eo, a quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde turbato gentiū iure cōmitia haberentur. His vocibus curia & forū personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, maiore nunc auctoritate euetū reprehensū ab se consiliū incusantem, dictatorem consensu patriciorum Seruilius consul dicit: delectusque & iustitiū indictum. Prius quam dictator legionesque nouæ in Hernicos venirent, ductū C. Sulpicii legati res per occasionē gesta egregie est. In Hernicos morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnanda spē succedentes, hortante legato, & plenis iræ atq; indignitatis militum animis, eruptio est facta. multum ab spē adeundi valli res Hernicos abfuit: adeo turbatis inde ordinib. abscessere. Dictatoris deinde aduentu nouus veteri exercitus iungitur, & copiæ duplicantur. & pro concione dictator laudibus legati, militumq; quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad æmulandas virtutes acuit. Neque segnius ad hostes bellum apparatus, qui & patri ante decoris memores, neq; ignari auctarum virium hostis, suas quoq; vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. quadringentariæ octo cohortes, lecta robora virorum scribuntur. hunc eximium florem iuuentutis eo etiam, quod ut duplex acciperet stipendiū, decreuerant, spē animorumq; implere. immuæ quoq; operū militariū erant, ut in vnum pugnæ laborem referuati, plus sibi quam pro virili parte annitendum scirent. extra ordinem etiam

in acie locati, quo conspectior virtus esset. Duum milium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. ibi pari ferme vtrinque spacio in medio pugnatum est. primo stetit ambigua spe pugna, ne quicquam saepe conatis equitib. Romanis impetu turbare hostium aciem. postquam equestris pugna effectu quam conatibus vantar erat, consulto prius dictatore equites, permisso deinde eius relictis equis, clamore prouolant ante signa, & noua integrant pugnam. neq; sustineri poterant, ni extraordinaria cohortes pari corporum animorumq; robore se obiecissent. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. Quicquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est. vulgus aliud armatarum velut delegata primoribus pugna, euentum suum in virtute aliena ponit: multi vtrinque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium inerepantes, quid deinde restaret quaerendo, si neq; ex equis pepulissent hostem, neque pedites quicquam momenti facerent, quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces profuissent? & alieno pugnarēt loco? His inter se vocibus concitati, clamore renouato inferunt pedem: & primum gradu mouerunt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie auertunt: neq; tam vires pares quae superauerit res, facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna vtriusque populi & extollere animos, & minuire potuit. Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia ferum erat dici, abstinere. diu non perlatum tenuerat dictatorem, ne ante merididum signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. Postera die deserta fuga castra Hernicorum, & faucii relictis quidam

quidam inuenti: agmenque fugienti iuncti ab signis, cum præter moenia eorum infrequentia signa conspecta essent, fufum ac per agros trepida fuga palatum est. Nec Romanis incruenta victoria fuit. quarta pars militum amissa: & vbi haud minus iactura fuit, aliquot equites Romani cecidere. Insequenti anno cum L. Sulpicius & C. Licinius Caluus Coss. in Hernicos exercitum duxissent, neque inuentis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, reuertentibus inde eis Tiburtes portas claufere. ea vltima fuit causa, cum multæ antequerimoniz vltro citroque iactata essent, cur per faeciales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quintium Pœnum eo anno fuisse satis constat, & magistrum equitum Sergium Cornelium Maluginensem. Maer Licinius comitorum habendorum causa & ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello præferre festinante, vt continuaret consulatum, obuiam eundem prauæ cupiditati fuerit. Quæ sit ea propriæ familiæ laus, leuiorem auctorem Licinium facit, cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam inueniam. magis vt belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere. Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab vrbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. prælia de occupando ponte crebra erant: nec qui potirentur, incertis viribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine in vacuum pon-

394

28 tem Gallus processit, & quantum maxima voce
 29 potuit: Quem nunc, inquit Roma fortissimum vi-
 30 rum habet, procedat aegedum ad pugnam, vt no-
 31 ster duorum euentus ostendat vtra gens bello sit
 32 melior. Diu inter primores iuuenum Romanorū
 33 silentiū fuit, cum & abnuere certamen vererentur,
 34 & præcipuam fortem periculi petere nollent. tum
 35 T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribu-
 36 nitia vindicauerat, ex statione ad dictatorem
 37 pergit. Iniuissu tuo inquit, imperator, extra ordi-
 38 nem nunquam pugnaverim, non si certam victori-
 39 am videam: si tu permittis, volo ego illi belluz o-
 40 stendere, quando adeo ferox præfultat hostium
 41 signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorū agmē
 42 ex rupe Tarpeia deiecit. Tum dictator: Macte vir-
 43 tute, inquit, hac pietate in patrē, patriamq; T. Mā-
 44 li esto: perge, & nomen Romanum inuictum iu-
 45 uantibus diis præsta. Armant inde iuuenem æqua-
 46 les: pedestre scutū capit, Hispano cingitur gladio,
 47 ad propiorem habili pugnā. Armatum adornatūq;
 48 aduersus Gallum stolide lætum, & (quoniam id
 49 quoq; memoria dignū antiquis visum est) linguā
 50 etiam ab irrisu exerentem; producant. Recipiunt
 51 inde se ad stationem; cæteri: & duo in medio ar-
 52 mati, spectaculi magis more quam lege belli desti-
 53 tuuntur, nequaquam visu ac specie æstimantibus
 54 pates. Corpus alteri magnitudine eximium, versif-
 55 coloris veste, pictisq; & auro calatis resurgens ar-
 56 mis. Media in altero militaris statura, modicaq; in
 57 armis habilibus magis, quam decoris species: non
 58 cantus, non exultatio, armorumq; agitatio vana,
 59 sed pectus animorum iræq; tacite plenū, omnem
 60 ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.
 61 Vbi consistere inter duas acies tot circa mortalium
 62 animis

L
 animis spe
 les si perne
 mentis cura h
 nira enim dei
 sono scutum in
 terior periculo
 corpus et magis
 eorum lingua hie
 tie hostis tacent
 one aratum, vt
 sum cruce coll
 cum admittitior
 one obiecti mi
 hantur; ad dicta
 propianolum in
 lantur, Tarquat
 deinde posticis
 chæst coronam
 pro oratione ea
 cul ranti ea ad
 mictio fuit, vt
 que stultis trepid
 inde societate bo
 Tiburibus adiu
 Et fuit causa cur
 Col. cum colleg
 popancia essen
 exercitum di
 Campania redi
 to: Truilianoq
 tibus duobus su
 hantem duce Co
 numulus dictat
 ullus Hala T. Q

animis spe metiq; pendentibus: Gallus velut moles superne imminens, proiecto laxa scuto in aduenientis arma hostis, vanum casum cum ingenti fonitu ensem deiecit: Romanus mucrone surrecto, cū scuto scutum inum percussisset, totoq; corpore interior periculo vulneris factus, insinuaslet se inter corpus armaq; vno alteroq; subinde ictu ventrē atque inguina hausit, & in spaciū ingēs ruentē porrexit hostē. iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum, vno torque spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat paucis cum admiratione Gallos. Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, laudantes gratulantesq; ad dictatorem perducunt. Inter carminū propemodum incondita quadam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum, celebratum deinde posteris etiam, familiæq; honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit. Et hercule tanti ea ad vniuersi belli euentum momēti dimicatio fuit, vt Gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, atq; inde societate belli facta, commeatuq; benigne a Tiburtibus adiutus, mox in Campaniam transierit. Ea fuit causa cur proximo anno C. Petilius Balbus Cos. cum collega eius M. Fabio Ambusto Hernici ³⁹⁸ prouincia euenisset, aduersus Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad quorū auxiliū cū Galli ex Campania redissent, foede populationes in Lauicano, Tufculanoq; & Albano agro haud dubie Tiburtibus ducibus sunt factæ. Et cum aduersus Tiburtē hostem duce Cos. contenta respub. esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Seruilius Hala T. Quintiū magistrum equitum dixit

V.C. & ex auctoritate patrum, si prospere id bellū euenisset, Ludos magnos vouit. Dictator ad continendos proprio bello Tiburtes consulari exercitu iussus manere, omnes iuniores, nullo detrectante militiam, sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina est totius virib. vrbis, in conspectu parentū coniugumq; ac liberorum, quae magna etiā absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis simul verecundia, misericordiaque militem accendebant. Magna vtrinq; edita caede, auertitur tandem acies Gallorum. fugati Tibur sicut arcem belli Gallici petunt, prelati a Cos. Petilio haud procul Tiburē excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus, simul cum his intra portas compelluntur. Egregie cum ab dictatore, tum ab Cos. gesta est res. Et consul alter Fabius praeliis primum paruis, postremo vna insigni pugna, cum hostes totis adorti copijs essent, Hernicos deuicit. Dictator consulibus in senatu & apud populum magnifice colaudatis, & suarum quoque rerum illis remisso honore, dictatura se abdicauit. Petilius de Gallis Tiburtibusq; geminum triumphum egit. Fabio satis visum, vt ouans urbem iniret. Itridere Petilii triumphum Tiburtes: vbi enim cum secum acie confixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoq; fieri impetum viderint, & sine discrimine obuios caedi, recepisse se intra urbem: eam rem triumpho dignam visam Romanis? ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem antea mœnia sua visuros. Itaq; insequenti anno M. Popilio Lenate, Cn. Manlio Cos. primo silentio noctis ab Tiburē agmine infecto profecti ad urbem

urbem Romam venerunt, terrorem repente ex
 somno excitatis, subita res & nocturnus pauor pre-
 buit, ad hoc multorum inscitia, qui, aut vnde ho-
 stes aduenissent, conclamatum tamen celeriter ad
 arma est, & porta stationibus, murique praefidiis fir-
 mati. & vbi prima lux mediocrem multitudinem
 ante moenia, neque alium quam Tiburtem hoste
 ostendit, duabus portis egressi consules, vtrinque
 aciem subeuntium iam muros aggrediuntur, appa-
 ruitque occasione magis quam virtute fretos venif-
 se: adeo vix primum impetum Romanorum susti-
 nuere, quin etiam bono fuisse Romanis aduentum
 eorum constabat, orientemque iam seditionem
 inter patres & plebem, metu tam propinqui belli
 compressam. Alius aduentum hostium fuit proximo
 bello agris quam vrbi terribilior. Populabundi
 Tarquinieneses fines Romanos maxime, qua ex
 parte Hetruriam adiacent, peragrare: rebusque
 nequiquam repetitis, noui cons. C. Fabius & C. Plauti-
 us iussu populi bellum indixere: Fabioque ea pro-
 uincia, Plautio Hernici euenerunt. Gallici quoque
 belli fama increbrescebat: sed inter multos terro-
 res solatio fuit pax Latinis petentibus data, & ma-
 gna vis militum ab iis ex secedere vetusto, quod
 multis intermiserant annis, accepta. quo praedidio
 cum sulca res Romana esset, leuius fuit quod Gal-
 los mox Praeneste venisse, atque inde circa Pedum
 confedisse auditum est. Dictatorem dici C. Sulpi-
 cium placuit: consul ad id accitus C. Plautius dixit,
 magister equitum dictatori additus M. Valerius.
 Hi robora militum ex duobus consularibus exercitibus
 electa aduersus Gallos duxerunt. Lentius id aliqua-
 to bellum quam parti vtrique placebat, fuit: cum pri-
 mo Galli tantum auidi certaminis fuissent: deinde

Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam vinceret. Dictatori ne utquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ se committere aduersus hostem, quem tempus deteriorem indies, & locus alienus faceret, sine præparato comætu, sine firmo in animo morantem: ad hoc iis animis corporibusque, quorum omnis in impetu vis esset, parua eadem languesceret mora. His consiliis dictator bellum trahebat, grauemque edixerat poenam, si quis iniussus in hostem pugnasset. Milites ægre id patientes, primo in stationibus vigiliisque, inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter increpare, quod non iussissent per consules geri bellum: electum esse eximum imperatorem, vnicum ducem, qui nihil agenti sibi de cælo deuolaturam in sinum victoriam censeat. Eadē deinde hæc interdum proplam, ac ferociora his iactare: se iniussu imperatoris aut dimicaturus, aut agmine Romanos ituros: immiserique militibus centuriones: nec in circulis modo fremere, sed iam in principiis ac prætorio in vnum sermones confundi: atque in concionis magnitudinem crescere turba, & vociferari ex omnibus locis, vt exemplo ad dictatorem iretur: verba pro exercitu faceret Sextus Tullius, vt virtute eius dignum esset. Septimum primum pilum iam Tullius ducebat, neque erat in exercitu qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior: is præcedens militum agmen ad tribunal pergit: mirantique Sulpicio non turbam magis quam turbe principem Tullium imperitis obedientissimum militum: Scilicet dictator, inquit, condemnatum se vniuersus exercitus a te ignauia ratus, & prope ignominie causa destitutum sine armis, orauit me vt tuam causam

sim apud te ager
si verpa clara h
possent tam et nos
vt nos virtute cul
te fragiti memor
ad Alham, fuisse
rem. amilerant
virtute recuperau
licentia tua populi
tept. quam qui d
hostes hand fecus
lum comib. cont
nobis quod egri
mis sine armis sin
expetus nos effes.
corum ac debili
atid esse caude
tissimam bello, co
desse vtamque et
tate dabit alle vie
Sin autem. non
situm. & consen
belli non ad vbe,
nec paratio vt quæ
si dicta censeas, se
vtra habeatis co
quis tandem sus
nos vestros? ad b
quis det signum
bus dignum sit, p
oniam Roma pot
fuit partibus. Te
nobis pugnandi
magis, tum duc

sam apud te agerem. Equidem sicubi loco cessum, ^{cc}
 si terga data hosti, si signa fæde amissa obiici nobis ^{cc}
 possent: tamè hoc a te impetrari æquum censerem, ^{cc}
 vt nos virtute culpam nostram corrigere, & abole- ^{cc}
 re flagitii memoriam noua gloria patereris. etiam ^{cc}
 ad Alliam fusâ legiones eandem quam per pau- ^{cc}
 rem amiserant patriam, profecta postea ab Veis, ^{cc}
 virtute recuperauere. Nobis desum benignitate, fe- ^{cc}
 licitate tua, populiq; Romani, & res & gloria est in- ^{cc}
 tegra: quamquã de gloria vix dicere ausim, si nos & ^{cc}
 hostes haud secus quam sceminas abditos intra val- ^{cc}
 lum omnib. contumeliis elidunt: & tu imperator ^{cc}
 noster, quod egrius patimur, exercitû tuû sine ani- ^{cc}
 mis, sine armis, sine manib iudicas esse: & prius quã ^{cc}
 expertus nos esses, de nobis ita desperasti, vt te mâ- ^{cc}
 corum ac debiliû ducem iudicares esse. Quid enim ^{cc}
 aliud esse causa credamus, cur veteranus dux for- ^{cc}
 tissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus se- ^{cc}
 deas? Vt cunq; enim se habeat res, te de nostra vir- ^{cc}
 tute dubitasse videri, quam nos de tua, verius est. ^{cc}
 Sin autem non tuum istuc, sed publicum est con- ^{cc}
 silium, & consensus aliquis patrum, non Gallicum ^{cc}
 bellû nos ab vrbe, a penetibus nostris ablegatos te- ^{cc}
 net: quæ so vt quæ dicam, non a militibus imperato- ^{cc}
 ri dicta censeas, sed a plebe patribus: quæ sicut vos ^{cc}
 vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat. ^{cc}
 Quis tandem succenseat milites nos esse, non ser- ^{cc}
 uos vestros? ad bellum, non in exilium missos? Si ^{cc}
 quis det signum, in aciem educat, vt viris ac Roma- ^{cc}
 nis dignum sit, pugnatuos: si nihil armis opus sit, ^{cc}
 otium Romæ potius quam castris acturos. hæc dicta ^{cc}
 sunt patribus. Te imperator milites tui oramus, vt ^{cc}
 nobis pugnandi copiam facias: tum vincere cupi- ^{cc}
 mus, tum duce te vincere: tibi lauream insignem ^{cc}

3 de ferre: tecum triumphantes urbem inire: tuum se
 3 quentes currum, Iouis Opt. Max. templum gratan-
 3 tes ouantesque adire. Orationem Tullii exceper-
 unt preces multitudinis: & vndique vt signum da-
 ret, vt capere arma iuberet, clamabant. Dictator
 quamquam rem bonam exemplo haud probabili
 actam censebat, tamen facturum quod milites vel-
 lent, se recepit. Tulliumque secreto, quoniam hęc
 res sit, aut quo acta more, percontatur. Tullius ma-
 gnopere a dictatore petere, ne se oblitum discipli-
 nae militaris, ne sui, neve imperatoris maiestatis
 crederet: multitudini cōcitate, quae ferme auctori-
 bus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis al-
 lius, qualem mota creare multitudo solet, existe-
 acturum. illi quoque tamen videndum magnopere
 esse, vt exercitum in potestate haberet: differri non
 posse: adeo concitatos animos ipsos sibi locum ac
 tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore non
 detur. Nam hęc loquuntur, iumenta forte pascen-
 tia extra vallum Gallo abigendi duo milites Rom.
 ademerunt. in eos saxa comiecta a Gallis: deinde ab
 Rom. statione clamor ortus ac procursum vtrin-
 que est. Iamque haud procul iusto pralio res erant,
 ni celeriter diremptum certamen per centuriones
 esset. Affirmata certe eo casu Tullii apud dictato-
 rem fides est: nec recipiente iam dilationem, re in po-
 sterum diem edicitur acie pugnaturus. Dictator ta-
 men, vt qui magis animis quam viribus fretus ad-
 certamen descenderet, omnia circumspicere atque
 agitare cœpit, vt arte aliqua terror in hostibus in-
 certeret. Solerti animo rem nouam excogitat. quae
 deinde multi nostri atque externi imperatores no-
 strata quaeque quidam aetate vsi sunt. Mulis strata
 detra-

detrahi iube-
 rationes par-
 ornatos imponi-
 micer equites. e-
 det, ac typhis se-
 nens, qui ab se ac-
 rulosus monti-
 lo vt aduersas m-
 imo rari terroris
 pene reus vimb-
 lotum non delecte-
 inde vbi degresso-
 certaminis in pra-
 pro, quam signum
 re Gallo destrum
 ni forte eo loco di-
 ne incertis, togis
 spopondisset: vbi
 um vbi minae in-
 roden ipsam imp-
 praesum, de re ar-
 terque metu eorum,
 fira terrores. In ac-
 tanto pondor flim-
 flum tela aliena
 pium o impetus p-
 deinde emissus to-
 quam labantem
 rum cornu conie-
 pae melior: de
 quod conuenient-
 miter ortus, de
 quae vna sunt.
 pagna est, cuiusq-

detrahi iubet: binisq; tantum centunculis relictis,
 agalones partim captiuis, partim agrorum armis
 ornatos imponit. his fere mille effectis, centum ad-
 miscet equites, & nocte super castra in montes eua-
 dere, ac syluis se occultare iubet, neq; inde ante mo-
 tueri, quã ab se acciperent signum. Ipse ubi illuxit, in
 radicibus montium extendere aciem cœpit sedu-
 lo, vt aduersus montes confisteret hostis. Instructo
 iam vani terroris apparatu, qui quidem terror plus
 pene veris virib. profuit: primo credere duces Gal-
 lorum non descensuros in æquum. Romanos: de-
 inde ubi digressos repente viderunt, & ipsi auidi
 certaminis in prælium ruunt: priusque pugna cœ-
 pit, quam signum ab ducibus daretur. Acrius inuase-
 re Galli dextrum cornu: neque sustineri potuissent,
 ni forte eo loco dictator fuisset, Sex. Tullium nomi-
 ne increpã, rogitanq; , sicine pugnaturos milites
 spondisset? ubi illi clamores sint arma poscenti-
 um? ubi minã iniussu imperatoris prælium initu-
 rosien ipsum imperatorem clara voce vocare ad
 prælium, & ire armatum ante prima signa: æquis
 sequeretur eorũ, qui modò ducturi fuerint? in ca-
 stris feroces, in acie pauidi. Vera audiebant: itaque
 tantos pudor stimulos admouit, vt ruerent in ho-
 stium tela alienatis a memoria periculi animis. hic
 primo impetus prope vecors turbauit hostes: eques
 deinde emissus turbatos auerit. Ipse dictator post-
 quam labantem vna parte vidit aciem, signa in la-
 uum cornu confert, quo turbam hostium congre-
 gari cernebat: & iis qui in monte erant, signum
 quod conuenerat, dedit. Vbi inde quoque nouus
 clamor ortus, & tendere obliquo monte ad castra
 Gallorũ visi sunt. tũ metu ne excluderẽtur, omnia
 pugna est, cursuq; effuso ad castra ferebãtur. Vbi cũ

U.C.

occurrisset eis M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis, ad montes sylvasque vertunt fugam plurimiq; ibi a fallaci equitum specie, agasibusque excepti sunt: & eorum, quos pauor pertulerat in sylvas atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post M. Furium, quam C. Sulpicius iustiorum de Gallis egit triumphum: auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pōdus saxo quadrato septum in Capitolio sacrauit. Eodem anno & a Coss. vario euentu bellatum. Nam Hernici a C. Plautio deicti, subactiq; sunt. Fabius collega eius incaute atque inconsulte aduersus Tarquinienenses pugnavit: nec CCCVII. milites Romanos captos, Tarquinienenses immolarunt qua sceditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit. Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri, quam Priuernates, Veliterni deinde, in cursione repentina fecerunt. Eodem anno duæ tribus Pomptina & Publilia, additæ. Ludi votiui, quos M. Furius dictator vouerat, facti: & de ambitu a C. Petilio tribuno plebis auctoribus patribus tum primum ad populum latum est: eaque rogatione nouorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, compressam credebant. Haud æque patribus lata in sequenti anno C. Martio, Cn. Manlio Coss. de vnciariorum scenore a M. Duellio, L. Menenio, tribunis pleb. rogatio est perlata: & plebs aliquanto eam cupidius sciuit, accepitque. Ad bella noua priore anno destinata Falisci quoque noui hostes exorti, duplici crimine, quod & cum Tarquinienibus iuuentus eorum militauerat: & eos qui Falterios perfugerant, cum male pugnatum est, repetentibus

298.

tentibus fœcialibus Romanis non reddiderant. Ea
 prouincia Cn. Manlio obuēnit. Martius exercitum
 in agrum Priuernatē integrum pace longinqua
 induxit militēque præda impleuit: ad copiam re-
 rum addidit munificentiam, quod nihil in publi-
 cum secernendo, augenti rem priuatam militi fa-
 uit. Priuernates cum ante moenia sua castris per-
 munitis confedissent, vocatis ad concionem mili-
 tibus: Castra nunc, inquit, vobis hostium, urbemque
 præda do, si mihi pollicemini vos fortiter in acie o-
 peram nauaturos, nec præda magis quam pugna
 paratos esse. Signum poseunt ingenti clamore:
 celsique & spe haud dubia feroces in prælium va-
 dunt. Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante di-
 ctum est, exclamat: Aspice imperator, inquit, quem
 admodum exercitus tuus tibi promissa præstet, pi-
 loque posito, stricto gladio in hostem impetum fa-
 cit. Sequuntur Tullium ante signani omnes: primo-
 que impetu auertere hostem: fusum inde ad oppi-
 dum persecuti, cum iam scalas mœnibus admo-
 uerent, in deditiōnem urbem acceperunt. triumphus
 de Priuernatibus actus. Ab altero Cos. nihil memo-
 rabile gestum, nisi quod legem nouo exemplo ad
 Sutrium in castris tributum de vicefima eorum
 qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege
 haud paruū vectigal inopi ærario additum esset,
 auctores fuerunt. Cæterum tribuni plebis non tam
 lege quam exemplo moti, ne quis postea populum
 seuocaret, capite sanxerunt. nihil enim non per mi-
 lites iuratos in consulis verba, quamuis pernicio-
 sum populo, si id liceret fieri posse. Eodem anno
 C. Licinius Stolo a M. Popilio Lænate sua lege de-
 cem millib. æris est damnatus, quod mille iugerum
 agri cum filio possideret, emancipandoque filium.

U. C. fraudē legi fecisset. Noui Coss. inde M. Fabius Ambustus II. & M. Popilius Lenas II. duo bella habuerunt: facile alterum cum Tiburtibus, quod Lenas gessit: qui hoste in urbem compulso agros vastauit, Falisci, Tarquiniesq; alterū consulem prima pugna fuderunt. inde terror maximus fuit, quod sacerdotum corum facibus ardentibus anguibusq; praelatis incessu furiali militē Romanum insueta turbaerunt specie. & tunc quidem velut lymphati & attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt: deinde ubi consules, legatiq; ac tribuni, puerorum ritu vana miracula pauentes irridebāt, increpabātque, vertir animos repente pudor: & in ea ipsa que fugerant, velut cæci ruebant. Discussio itaque vano apparatu hostiū, cum in ipsos armatos se intulissent, auertunt totam aciem: castrisque etiam eo die potiti, præda ingenti parra victores reuertunt, militaribus iocis cum apparatum hostium, tum suum increpantes pauorem. Concitatur deinde omne nomen Hetruscum, & Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perueniunt. aduersus eum terrorem dictator C. Martius Rutilius primus de plebe dictus, magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam iam in promissuo esse: omnique ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, pararetur. Eo promptius cuncta ferente dictatore, populus iussit profectus ab urbe vtraque parte Tiberis, ratibus exercitu quoque: fama hostium ducebat traiecto, multos populatores agri omni vagos, palantes oppressit: castra quoque nec opinato aggressus cepit: & VII. millibus hostium captis, ceteris aut cæcis, aut ex agro Romano fugatis, sine auctoritate Patrum populi iussu

triphaul.
 nec per con
 bant: & alter co
 ad interregnam
 vilius Hala, M. P.
 prois, L. Emiliu
 in secundo inte
 duo patricii con
 que: & in iunc
 legem esse, ut qu
 rulliter ad iura sa
 fraga esse. Cam
 vult quom. vd
 patricii Coss. cre
 fiam, M. Valeriu
 firum interunt
 vrbis Romana cor
 a Gallis recepta.
 condita: patricio
 stratum in iere, e
 lenus Tullio cola
 band memorandi
 Coss. iussio be
 quidem: in peri
 que sunt vultati
 aucterius Tiburto
 tumen. Coss. cur
 laz, non solum
 fer duo patricio
 mandare: quæ a
 iam magistratu
 totum, quam p
 accepissent. Ne
 te: quid in par

triumphauit. Quia nec per dictatorem plebeium, ^{v.c.}
 nec per consulem, comitia consularia haberi vole-
 bant: & alter consul Fabius bello retinebatur, res
 ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Ser-
 uilius Hala, M. Fabius, Cn. Milius, C. Fabius, C. Sul-
 picius, L. Æmilius, Q. Seruilius, M. Fabius Ambustus.
 In secundo interregno orta contentio est, quod
 duo patricii consules creabantur, intercedentibus-
 que tribunis interrex Fabius aiebat, in x i i. tabulis
 legem esse, vt quodeunque postremum populus
 iussisset, id ius ratumque esset, iussum populi & suf-
 fragia esse. Cumque intercedendo tribuni nihil ali-
 ud, quam vt differrent comitia, valuissent: duo
 patricii Coss. creati sunt, C. Sulpicius Peticus ter-
 tium, M. Valerius Publicola: eodemque die magi-
 stratum inierunt. Quadragesimo anno quam ^{400.}
 vrbs Romana condita erat, quinto tricesimo quam
 a Gallis recepta, ablato post nonum annum a plebe
 consulari, patricii Coss. ambo ex interregno magi-
 stratum iniere, C. Sulpicius Peticus tertium, M. Val-
 erius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus
 haud memorando certamine captum, siue duorum
 Coss. auspicio bellum ibi gestum est, vt scripsere
 quidam: seu per idem tempus Tarquinisum quo-
 que sunt vastati agri ab Sulpicio Cos. quo Valerius
 aduersus Tiburtes legiones duxit. Domi maius cer-
 tamen Coss. cum plebe ac tribunis erat fidei iam
 suæ, non solum virtutis ducebant esse, vt accepis-
 sent duo patricii consularum ita ambobus patriciis
 mandare: quin aut toto cedendum esse, si plebeis
 iam magistratus fiat consularis: aut possidendum
 totum, quam possessionem integram a patribus
 accepissent. Plebs contra fremit, quid se viue-
 re? quid in parte ciuium censeret, si quod duo-

v. C. **U**trum hominum virtute L. Sextii ac C. Licinii partū
 sit, id obtinere vniuersi non possint? Vel reges, vel
 decemuiros, vel si quod tristius sit impetii nomen,
 patiendum esse potius, quā ambos patricios Coss.
 videant. nec inuicem paratur, atq; imperetur, sed
 pars altera in æterno imperio locata, plebem nul-
 quam alio natam quam ad seruiendum putet.

Non desunt tribuni auctores turbarum: sed inter
 concitatos per se omnes vix duces eminent. Ali-
 quoties frustra in campum descensum, cum esset,
 multiq; per seditionis acti comitiales dies: postre-
 mo victæ perseverantia Coss. plebis eo dolor erup-
 pit, vt tribunos actum esse de libertate vociferantes,
 relinquendumq; non campum iam solum, sed etiā
 urbem captam atq; oppressam regno patriciorum,
 mœsta plebs sequeretur. Consules relicti a parte
 populi, per infrequentiam comitia nihilo segnus
 perficiunt. Creati consules ambo patricii, M. Fabi-
 us Ambustus tertium, T. Quintius. in quibusdam
 annalibus pro T. Quintio M. Popilium Cof. in-
 uenio. Duo bella eo anno prospere gesta: cum
 Tiburtibusque ad deditiōem pugnatum: Sastu-
 la ex his vrbs capta, cæteraque oppida eandem for-
 tunam habuissent, ni vniuersa gens positis armis
 in fidem consulis venisset. Triumphatum de Ti-
 burtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquini-
 enses acerbe scuitum est, multis mortalibus in a-
 cie cæsis: ex ingenti captiuorum numero CCC-
 LVIII. delecti, nobilissimus quisque, qui Romam
 mitteretur: vulgus aliud trucidatum. nec populus
 in eos qui missi Romam erant, mitior fuit. medio
 in foro omnes virgis cæsi, ac securi percussi. id pro
 immolatis in foro Tarquiniensium Romanis poe-
 næ hostib. redditū. Res bello bene gesta, vt Samni-

tes

tes quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab senatu responsum: foedere in societatem accepti. non eadem domi quæ militiæ, fortuna erat plebi Romanæ. Nam etli vinciaro formore facto leuata vsura erat; forte ipsa, obruebantur inopes, nexumq; inabant. eo nec patricios ambos consules, nec comitorum curam, publicave studia præ priuatis incommodis plebs ad animū admittebat. Consulatus utroq; apud patricios manet. Consules creati, Caius Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Hetruscum intentā ciuitatē, quia Caritem populū misericordia consanguinitatis Tarquinienlib. adiunctum fama ferebat, legati Latini ad Volscos conuertere, nunciantes exercitū conscriptum armatumque iam suis finibus imminere: inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. Censuit igitur senatus neutram neglegendam rem esse. utroq; legiones scribi, consulesq; sortiri prouincias iussit. Inclinauit deinde pars maior curæ in Hetruscum bellum, postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii prouincia euenerat, cognitum est, depopulatum agrum, circa Romanas salinas, prædæq; partem in Caritem fines auentā, & haud dubie iuuentutem eius populi inter prædatores fuisse. Itaq; Valerii consule Volscis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentē, reuocatum inde senatus dictatorem dicere iussit. T. Manlium Lucii filium dixit. Is cum sibi magistrum equitum A. Corneliū Cossium dixisset, cōsulari exercitū contentus, ex auctoritate patrum, ac populi iussu Caritibus bellum indixit. Tum primum Carites, tanquam in verbis hostium vis maior ad bellum significandum, quam in suis factis, qui per populatio-

nem Romanos lacerassent, esset, etiam verus belli terror inuasit: & quæ non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant: pœnitebantq; populationis, & Tarquinienfes execrabantur defectionis auctores: nec arma aut bellum quisquam apparare, sed pro se quisq; legatos mitti iubebat ad petendam erroris veniam. Legati senatum cū adissent, ab senatu reiecti ad populum, deos rogauerunt, quorū sacra bella Gallico accepta rite procurassent, vt Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus affectis quondam populi Romani cepisset, conuersiq; ad delubra Vestæ hospitium flaminum Vestaliumq; ab se caste ac religiose cultum inuocabant. Ea ne meritos crederet quisquam hostes repente sine causa factos? aut si quid hostiliter fecissent, consilio id magis quam furere lapsos fecisse, vt sua vetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, nouis corrumpere maleficiis? florenteq; populum Romanum, ac felicissimum bello, sibi defumerent hostem, cuius afflictis amicitiam cepissent? Ne appellarent consilium, quæ vis ac necessitas appellanda esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinienfes, cum præter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium populationis eius quæ sibi crimini datur, comites eos, seu dediti placeat, dedere se paratos esse: seu supplicio affici, daturus pœnas, Cære sacrarium populi Romani diuersorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inuiolatumq; cimine bellii hospitio Vestalium cultisq; diis darent. Mouit populum non tam causa præfens, quam vetus meritum, vt malefici quæ beneficii potius inmemores essent. itaque pax populo Cæræ data: induciasque in centum annos factas in senatusconsulta referri placuit.

placuit. In Fal
 populatione pe
 ene virium ten
 redictis reliqua
 consilium tam,
 tremo: nino cot
 ac plebs drem
 mita haberi, ni
 tan dictatore ob
 publica consular
 ac plebs facere.
 Cæsar magistrat
 Institutum inde pa
 cepissent ad vnd
 certum est: Le
 duabus: propo
 tis erat; curaque
 erumpensent. Q
 Sipiomen inter
 legem Liciniam
 leio Publicole
 Bantim iacina
 in consules fuer
 vnanimo vide
 tioni: xris in pub
 nis creatis: qu
 amie appellar
 rper omnium
 nominis, essent
 tus Mias, M. Pap
 usque rem diffi
 vnaq; semper ce
 tione: cū impel

placuit, In Faliscos eodem noxios crimine vis belli conuersa est: sed hostes nusquam inuenti. Cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusq; Romam reductis reliquum anni muris turribusq; reficiendis consumptum, & ades Apollinis dedicata est, **Ex** extremo anno comitia consularia certamen patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberetur: dictatore obstinato tollere potius totum e republica consularum, quam promiscuum patribus ac plebei facere. Prolatâs igitur comitibus cum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. In festam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad vndecimum interregem seditionibus certatum est, Legis Licinâ patrocinium tribuni iastabant; propior dolor plebi fœnoris ingrauescentis erat; curaque priuata in certaminibus publicis erumpentibus. Quorum tædio patres L. Cornelium Scipionem interregem concordia causa obseruare legem Liciniam comitiis consularibus, iussere. P. Valerio Publicolâ datus e plebe collega C. Martius Rutilius, inclinatis semel in concordia animis, noui consules fœnebrem quoque rem, quæ distingere vnanimos videbatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt, quinque uiris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. Meriti æquitare curaque sunt, vt per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duellius, P. Decius Mus, M. Papyrius, Q. Publius, & Titus Æmilius: qui rem difficilissimam tractatu, & plerumq; partu vtriusq; semper certe alteri grauem, cum aliâ moderatione, tū impendio magis publico quâ iactura sa-

u. C.

407a

V.C. stinuerunt, Tarda enim nomina, & impeditiora inertia debitorum quam facultatibus, aut ararium mensis cum ere in foro positis dissoluit, vt populo prius cauere tur: aut estimatio æquis rerum pretiis liberauit, vt non modo sine iniuria, sed etiam sine querimoniis partis vtriusque exhausta vis ingens æris alieni sit. Terror inde vanus belli Hetrusci, cū coniurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit, dictus in castris (eo enim ad consules missum senatusconsultum est) Caius Iulius, cui magister equitum adiectus L. Æmilium. Cæterum foris tranquilla omnia fuere: tentatum domi per dictatorem, vt ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius, & M. Fabius interpositi obtinere, quod dictator frustra tenerat, mitiore iam plebe ob recens meritum læuati æris alieni, vt ambo patricii consules crearentur, Creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abiit, & T. Quintius Pœnus, quidam Cæsonem, alii C. cognomen Quintio adiciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quintius, Sulpicius Tarquiniese, nusquam acie congresso hoste, cum agris magis quam cum hominibus, vtendo populandoque gesserunt bella. Cuius lentæ velut tabis senio victa vtriusque pertinacia populi est, vt primum a consulibus dein permissu eorum ab senatu iudicias peterent, in quadraginta annos impetrauerunt. Ita posita duorum bellorū quæ imminebant, cura, dū aliqua ab armis quies esset: quia solutio æris alieni multarum rerum mutauerat dominos, censum agi placuit. cæterum cum cenforibus creandis indicta comitia essent: profectus se petere censuram C. Martius Rutillus, qui primus dictator de plebe fuerat,

concor-

404

concordiam
quidem temp
rotte patricii
habituus nega
obstant, & tri
fulano commit
tu vii maiellas
cubat, tum pe
let riam, cenli
volent, Nece
lio Natio cen
quoy: huc an
belli. Set ne Lie
uatur: Magis
uicior: nec tam
paris obliuio
M. Popilius Len
reius Scipio de
beum consule
tam exercitum
cition esse: S
lucum bellum
impige exerci
Capitum ad M
mores iustit
tio deserte:
saperfuit mili
stadidit: auct
tus, quod ad in
publ. esse: Ipi
guarior: ad h
ter rures, quæ p
quem proxim
vum ducere cor

concordiam ordinum turbavit: quod videbatur ^{U.C.}
 quidem tempore alieno fecisse, quia ambo tum
 forte patricii consules erant, qui rationem eius se
 habituros negabant: sed & ipse constantia inceptū
 obtinuit, & tribuni omni vi recuperando ius con-
 sularib. comitiis amissum adiuerunt. & cum ipsi-
 us viri maiestas nullius honoris fastigium non æ-
 quabat, tum per eundem, qui ad dictaturā aperuis-
 set viam, censuram quoque in partem vocari plebs
 volebat. Nec variatum comitiis est, quin cū Man-
 lio Nævio censor Martius crearetur. Dictatorem
 quoq; hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore
 belli, sed ne Licinia lex comitiis consularib. obser-
 varetur. Magister equitū dictatori additus Q. Ser-
 uilius, nec tamē dictatura potentiorē eū cōsensum
 patrū cōsularib. comitiis fecit, quā censoriis fuerat.
 M. Popilius Lenas a plebe consul, a patribus L. Cor-
 nelius Scipio datus. ^{405.} Fortuna quoq; illustriorē ple-
 beium cōsulem fecit. Nam cum ingentem Gallo-
 rum exercitum in agro Latino castra posuisse nun-
 ciatum esset: Scipione graui morbo implicito, Gal-
 licum bellum Popilio extra ordinem datum. Is
 impigre exercitu scripto, cum omnes extra portam
 Capenam ad Martis aedem convenire armatos iu-
 niores iussisset, signaque eodem quaestores ex ara-
 rio deferre: quatuor expletis legionibus quod
 superfuit militum, P. Valerio Publicola pratori
 tradidit: auctor patribus scribendi alterius exerci-
 tus, quod ad incertos belli euentus, subsidium rei-
 publ. esset. Ipse iam satis omnibus instructis, com-
 paratisq; ad hostem pergit, cuius vt prius nosce-
 ret vires, quā periculo ultimo tentaret: in tumulo,
 quem proximum castris Gallorū capere potuit, val-
 lum ducere coepit. Gens ferox, & ingenitū auidi ad

pugnam cum procul visis Romanorū signis, vt exemplo pralium initura explicuisset aciem: postquā neq; in æquum dimitti agmen vidit, & cū loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos, perculosos pauore rata, simul opportuniōres, quod intenti tū maxime operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum (Triarii erant qui muniebāt) & ab hastatis principibusq; . qui pro munitoribus intenti armatiq; steterant, pralium ininitum. Præter virtutem locus quoque superior adiuit, vt pila omnia hastæq; non tanquam ex æquo missa, vana (quod plerumq; fit) caderet, sed omnia librata ponderibus figeretur, oneratiq; telis Galli, quib; aut corpora trāsfixa, aut prægrauata inhaerentibus gerebant scuta, cum cursu pene in aduersum subsissent, primo incerti resistere: dein cum ipsa cunctatio & his animos minuisset, & auxisset hosti, impulsis retro ruerē alii super alios, stragemq; inter se cæde ipsa fœdiorem dare. adeo præcipiti turba obruti plures, quam ferro necati. Necdum certa Romanis victoria erat: alia in campum digressis supererat moles: namq; multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exuperans, velut noua rursus ex oriente acie, integrum militem aduersus victorem hostem ciebat. stetitque pressio impetu Romanus, & quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, & quod consul, dum inter primores incensus agitatur, læuo humero matari prope traiectus, cesserat parumper ex acie. Iamque ommissa cunctatio victoria erat, cum consul vulnere alligato reuectus ad prima signa: Quid istas miles? inquit. Non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias. in bellas strinximus ferrum; hauriendus aut dandus est sanguis propulsis

pluribus ca-
tis corporibus
dum itaque can-
expectare dum
Sages, & valet
bus necum coo-
Gallorum, cum
traxerant. inde
impetu. nec du-
os itaque per-
lega prelati, qu-
his occurrerit
vel non victa ca-
grauant, si sub-
labon molebat,
lis ad hulle occu-
data, villorē ex-
Romanieludite.
la. Aditq; causā
esse quæ agris c-
L. Titus Camil-
I. Cornelio Sci-
bonem. peditu-
tuo ingenti pa-
gam Appiam.
quam inueni n-
plius a Popilio d-
bis: multian res-
pobeci confidit
capabant, qui
falsum primata
felicem cepit
ere. Annus mul-
Galli ex Albanis

pulistis a castris, supina valle præcipites egistis, stratis corporibus hostium superstatis. Complete eadem strage campos, qua montes replestis. Nolite expectare dum itantes vos fugiant, inferenda sunt signa, & vadendum in hostem. His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum, cuneis deinde in medium agmen per-rumpunt. Inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia, nec duces essent, vertunt impetum in suos: fusique per campos, & præter castra etiam sua fuga prælati, quod editissimum inter equales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Cōsul non ultra castra insecutus, quia & vulnus deg-
 grauabat, & sublicere exercitū pugna fessum nouo labori nolebat, a persequedo hoste cōtinuit, tumulis ab hoste occupatis. Præda omni castrorum militi data, victorē exercitū, opulentumq; Gallicis spoliis Romā reduxit. Morā triumpho vulnus cōsulis attulit. Eadēq; causa dictatoris desiderium senatui fecit, et esset qui agris consulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitū P. Cornelio Scipione, reddidit patribus possessionem pristinam consulatus ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus consul, collegam Appium Claudium Crassum dixit. Priusquam inirent noui consules magistratum, triumphus a Popilio de Gallis actus, magno fauore plebis: musantesque inter se rogabant, num quem plebei consulis pœniteret? simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniam sprete mercedem consulatum priuata cupiditate quam publica iniuria scediorem cepisset, vt se ipse consulem dictator crearet. Annus multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hyemis vim pati

nequieverant, per campos, maritimaque loca vagi populabantur. Mare infestum classibus Græcorum erat, oraq; littoris Antiatis, Laurensque tractus, & Tiberis ostia, vt prædones maritimi cum terrestribus congressi, ancipiti semel prælio decertarint, dubiique discesserint, in castra Galli, Græci retro ad naues, victos se, an victores putarent. Inter hos longe maximus extitit terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ habitæ responsumq; haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, absterent imperare iis quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius quam pro alieno imperio laturus arma. Inter duo simul bella externa, defectione etiam sociorum senatus anxius, cum cerneret metu tenendos, quos fides non retinisset: extendere omnes imperii vires consules delectu habendo iussit. Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret. Undique non vrbana tantum, sed etiam agresti iuuentute decem legiones scriptæ dicuntur quaternum millium & ducenorum peditum, equitumque trecentorum. quem nunc novum exercitum si qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in vnum haud facile efficiant. Adeo in qua laboramus sola crevimus, diuitias, luxuriamque. Inter cætera tristitia eius anni consul alter App. Claudius in ipso belli apparatu moritur, redierantq; res ad Camillum: cui vnico cõsuli vel ob aliam dignationem haud subiiciendam dictaturæ, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, dictatorem arrogari haud satis decorum visum est patribus. Consul duabus legionibus vrbis præpositis, octo cū L. Pinario prætoris diuisis, memor paternæ virtutis, Gallicum sibi bellum

extra

extra sortem sumit: prætorem maritimam oram
 tutari, Græcosque arcere littoribus iussit. & cum in
 agrum Pomptinum descendisset, quia neque in
 campis congregi nulla cogente re volebat, & pro-
 hibendo populationibus, quos raptu viuere neces-
 sitas cogeret, satis domari credebat hostem: locum
 idoneum statim delegit. Vbi cum stationibus quie-
 ti tempus tererent, Gallus processit magnitudine
 atque armis insignis: quatiensque scutum hasta,
 cum silentium fecisset, prouocat per interpretem,
 vnum ex Romanis, qui secum ferro decernat. Mar-
 cus erat Valerius tribunus militum, adolefcens: qui
 haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium
 ratus, prius seiscitatus consulis voluntatem, in me-
 dium armatus processit. Minus insigne certamen
 humanū numine interposito deorum factum. nan-
 que conferenti iam manum Romano coruus repe-
 te in galea confedit, in hostem versus. Quod primo
 vt augurium cælo missum lætus accepit tribunus:
 precatus deinde, si diuus, si diua esset, qui sibi præpe-
 tem misisset, volens propitius adesset. dictu mirabi-
 le, tenuit non solum ales captam semel sedem, sed
 quotiescunq; certamen initum est, leuans se alis, os
 oculosq; hostis rostro & vnguibus appetiit: donec
 territum prodigii talis visu, oculisque simul ac me-
 nte turbatum Valerius obtruncat. Coruus e conspe-
 ctu elatus, orientem petiit. Hactenus quiera vtrinq;
 stationes fuere. Postquam spoliare corpus casti ho-
 stis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt,
 & Romanorum cursus ad victorē etiam ocior fuit.
 ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine
 pugna atrox concitatur. Iam non manipulis proxima-
 rum stationum, sed legionibus vtrinque effusis
 geritur. Camillus lætum militem victoria tribu-

V.C. ni, latum tam presentibus ac secundis diis, ire in praelium iubet. Ostentansq; insignem spoliis tribunalum: Hunc imitare miles, aiebat, & circa iacetem duccem sterne Gallorum ceteruas. Dii hominesq; illi affuere pugnae, depugnatumq; haud quaquam certamine ambiguo cum Gallis est. Adeo duorum militum euentum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis praeeperat. Inter primos, quorum cocursus alios exciuerat, atrox praelium fuit: alia multitudo priusquam ad coniectum teli veniret, terga vertit. primo per Volscos Falernumq; agrum dissipati sunt: inde Apelliam ac mare inferum perierunt. Consul concione aduocata, laudatum tribunum decem bobus aureaq; corona donat. Ipse iussus ab senatu bellum maritimum curare, cum praetore iunxit castra: ibi, quia res trahi segniora Graecorum non committentium se in aciem, videbatur: dictatorem comitorum causa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Dictator magistro equitum A. Cornelio Cossio dicto, consularia comitia habuit, æmulumq; decoris sui absentem M. Valerium Coruinum (id enim illi deinde cognominis fuit) summo favore populi treis & viginti natu annos consulem renunciauit. collega

407. Coruino de plebe M. Popilius Lenas IIII. consul futurus datus est. Cum Graecis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Postremo cum littoribus arceretur, aqua etiam praeter cetera necessaria vsu deficiente, Italiam reliquere. Cuius populi ea, cuiusque gentis classis fuerit, nihil certi est. maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim. nam vltior Graecia ea tempestate intestino fessa bello, iam Macedonum opes horrebat. Exercitibus dimissis, cum & foris pax, & domi concordia, ordinum ocium esset: ne nimis late

res essent: pestilentia ciuitatem adorta, coegit sena-
 tum imperare decemuiris, vt libros Sibyllinos in-
 spicerent: eorumq; monitu lectisternium fuit. Eo-
 dem anno Satricū ab Antiatiibus colonia deducta,
 restitutaq; vrbs, quam Latini diruerant. Et cum Car-
 thaginienf. legatis Romæ fœdus istum, cum amicit-
 tiam ac societatem petentes venissent. Idem ocium
 domi forisque mansit T. Manlio Tor. C. Plautio fe-
 cundum Coss. ^{408.} *408.*
 semunciarium tantum ex vnciaro
 fœnus factum: & in pensiones æquas triennii, *ita vt*
quarta præsens esset, solutio æris alieni dispensata
 est. & sic quoq; parte plebis affecta, fides tamen pu-
 blica priuatis difficultatib. potior ad curam senatui
fuit. leuata maxime res, qua tributo ac delectu su-
 perfectum. Tertio anno post Satricum restitutum a
 Volscis, M. Valerius Coruinus secundum Cos. cum ^{409.} *409.*
 C. Perilio factus, cum ex Latio nunciatum esset le-
 gatos ab Antio circumire populos Latinorū ad con-
 citandum bellum: prius quam plus hostium fieret,
 Volscis arma inferre iussus, ad Satricum exercitu in-
 fesso pergit. quo cum Antiates, alique Volsci prepa-
 ratis iam ante, si quid ab Roma moueretur, copiis
 occurrissent, nulla mora inter infensos diutino o-
 dio dimicandi facta est. Volsci ferocior ad rebellan-
 dum quā ad bellandum gens, certamine victi, fuga
 effusa Satrici moenia petunt. & ne in muris quidem
 satis firma spe, cum corona militum cincta iam sca-
 lis caperetur vrbs, ad quatuor millia præter multitu-
 dinem imbellem, sese dedidere. Oppidum dirutum
 atq; incensum. ab æde tantum matris Matutæ ab-
 stinuerunt ignem. Præda omnis militi data, extra præ-
 dam quatuor millia deditorum, habita. eos vin-
 ctos consili ante curram triumphans egit: vendi-
 tis deinde, magnam pecuniam in ærarium redegit.

V.C. Sunt qui hanc multitudinem captivam seruorum
 fuisse scribant; idq; magis verisimile est, quam dedi-
 410. tos venisse. Hos consules secuti sunt M. Fabius Dor-
 sus, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bel-
 lum ab repentina populatione coeptum. metuq; ne
 id factum populi vnius consilium omnis nominis
 Latini esset, dictator velut aduersus armatum iam
 Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn.
 Manlium Capitolinum dixit. & cum (quod per ma-
 gnos tumultus fieri solitum erat) iustitio indicto
 delectus sine vocationibus habitus esset: legiones,
 quantum maturari potuit, in Auruncos ductæ. ibi
 prædonum magis quam hostium animi inuerti. pri-
 ma itaque acie debellatum est. Dictator tamē, quia
 & vltro bellum intulerant, & sine detractione se
 certamini offerebāt: deorū quoq; opes adhibendas
 ratus, inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Mo-
 netæ vouit. cuius damnatus voti, cum victor Romā
 reuertisset, dictatura se abdicauit. Senatus dum ui-
 ros ad eandem ædem pro amplitudine P. R. facien-
 dam creari iussit. Locum in arce destinatus, quæ arca
 ædium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules dicta-
 toris exercitu ad bellum Volsicum vsq; Soram ex ho-
 411. stibus incautos adorti, ceperunt. Anno postquam vo-
 ta erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Martio Rutilio
 I. I. Manlio Torquato I. Coss. Prodigium extem-
 plo dedicationem secutum, simile vetusto montis
 Albani prodigio. namq; & lapidibus pluit, & nox in-
 terdiu visa intendi librisq; inspectis, cum plena re-
 ligione ciuitas esset, senatui placuit dictatorem feri-
 arum constituendarum causa dici. dictus P. Valerius
 Publicola, magister equitū ei Q. Fabius Ambustus
 datus est. Non tribus tantum supplicatum ire pla-
 cuit, sed finitimos etiā populos: ordosq; iis, quo quis
 que die

que die supplicarent, statutus. Iudicia eo anno po- V.C.
 puli tristia in foeneratores facta, quibus ab ædilibus
 dicta dies esset, traduntur. Et res haud vlla insigniad
 memoriam causa ad interregnum rediit. Ex inter-
 regno vt id actum videri posset, ambo patricii cõsu- 412.
 les creati sunt, M. Valerius Coruinus I I L. A. Corne-
 lius Cossus. Maiora iam hinc bella & virib. hostium,
 & longinquitate vel regionum, vel temporum spa-
 cio, quibus bellatum est, dicentur. namque eo anno
 aduersus Samnites, gentem opibus armisque vali-
 dam, mota arma. Samnitium bellum accipiti Marte
 gestum Pyrrhus hostis, Pyrrhum Pœni secuti. Quan-
 ta rerum moles? quoties in extrema periculorum
 ventum? vt in hanc magnitudinem, quæ vix susti-
 netur, erigi imperium posset Belli autem causa cum
 Samnitibus Romanis, cum societate amicitiaque
 iuncti essent, extrinsecus venit, non orta inter ipsos
 est. Samnites Sidicinis iniusta arma, quia virib. plus
 poterant, cum intulissent, coacti inopes ad opulen-
 tiorum auxilium confugere, Campanis sese con-
 iungunt. Campani magis nomen ad præsidium so-
 ciorum, quam vires cum attulissent, fluentes luxu
 ab duratis vsu armorum in Sidicinio pulsi agro, in se
 deinde molem omnem belli verterunt. namque
 Samnites ommissis Sidicinis, ipsam arcem finitimor-
 um Campanos adorti, vnde æque facilis victoria,
 prædæ atque gloria plus esset: Tifata imminentes
 Capuæ colles cum præsidio firmo occupassent, de-
 scendunt inde quadrato agmine in planiciem quæ
 Capuam Tifataque interiacet. ibi rursus acie dimi-
 catum: aduersoque prælio Campani intra moenia
 compulsi, cum robore iuuentutis suæ acciso nulla
 propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere
 auxilium. Legati introducti in senatum, maxime in

» hanc sententiam locuti sunt: Populus nos Campa-
 » nus legatos ad vos Patres conscripti misit, amicitia
 » in perpetuum, auxiliū presens a vobis petunt, quā
 » si secundis rebus nostris petissemus, sicut cōcepta ce-
 » lerius, ita infirmiore vinculo contracta essent. tunc
 » enim, vt qui ex equo nos venisse in amicitia memi-
 » nissemus, amici forsitā pariter ac nunc, subiecti at-
 » que obnoxii vobis minus essemus. nunc misericor-
 » dia vestra conciliati, auxilioque in dubiis rebus de-
 » fensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet,
 » ne ingrati, atque omni ope diuina humanaque
 » indigni videamur. Neque hercule quod Samnites
 » priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere
 » arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur. sed vt ve-
 » tustate & gradu honoris nos praesent. neque enim
 » scedere Samnitium, ne qua noua iungeretis fōde-
 » ra, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis
 » iusta causa amicitiae, velle eum vobis amicum esse
 » qui vos appeteret. Campani, etsi fortuna praesens
 » magnifice loqui prohibet, non vrbis amplitudine,
 » non agri vbertate vlli populo praeterquam vobis
 » cedentes, haud parua (vt arbitror) accessio bonis re-
 » bus vestris in amicitiam venimus vestram. A quis
 » Volscisque aeternis hostibus huius vrbis, quando cun-
 » que se mouerint, ab tergo erimus: & quod vos pro
 » salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio
 » vestro & gloria semper faciemus. Subactis his genti-
 » bus, quae inter nos vosque sunt, quod propediem fu-
 » surum spondet & virtus & fortuna vestra, continēs
 » imperium vsque ad nos habebitis. Acerbum & mi-
 » serum est quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eo
 » ventum est Patres conscripti, vt aut amicorum
 » aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, ve-
 » stri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo &
 » Campa-

Campaniam omni-
 terere multis di-
 mini, vestram mis-
 equum est patere
 pluribus aliis,
 praeterea, omnes ip-
 quaque pugna
 pro nobis, cum vide-
 no ierocinio Sam-
 Siliio, ad nos tra-
 Ne enim nunc qui
 nes sed qui gaude-
 pugnam nos ven-
 pando conuatiatis
 fendi in Siliio a
 legiones nostras ce-
 ni, quam per duas
 potest. Adde hu-
 dia bonorum atque
 ram, et riuas om-
 is explorari non pot-
 vidi oppugnanda
 vobis pulcherrimis
 propozus Roman-
 quam. Illos habet
 equos apud recu-
 tatem si ostender-
 aliorum vobis
 humanitiam perue-
 ntra vestri auxili-
 ead deinde habue-
 ritum id omne e-
 Capuas vobis Cap-
 pectatum, decriu-

Campaniam omnem, vestris, an Samnitium virib.
 accedere malitis, deliberate. Omnibus quidē, Ro-
 mani, vestram misericordiam, vestrumq; auxilium
 æquum est parere: iis tamen maxime, qui eam im-
 plorantibus aliis, auxilium, dum supra vires suas
 præstant, omnes ipsi in hanc necessitatē venerunt.
 quanquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, de re
 pro nobis, cum videremus finitimū populū nefa-
 rio latrocinio Samnitium peti: & vbi conflagrasset
 Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse.
 Nec enim nunc quia dolent iniuriā acceptā Samni-
 tes, sed quia gaudent oblatam sibi esse causam, op-
 pugnatum nos veniunt. An si vltro ira hæc, & non
 occasio cupiditatis explendæ esset, parū fuit quod
 semel in Sidicino agro, iteram in Campania ipsa
 legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam infesta
 ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non
 poterit? Adde huic populationem agrorum, præ-
 das hominum atque pecudum actas, incendia villa-
 rum, ac ruinas, omnia ferro igniq; vastata. Hiscine
 ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda est:
 ea ad oppugnandam Capuam rapit. Aut delere
 urbem pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed
 vos potius Romani beneficio vestro occupate eam
 quam illos habere per maleficium sinatis. Non
 loquor apud recusantem iusta populū: sed
 tamen si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidē
 arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemptus
 Samnitium peruenit, supra non ascendit. itaque
 umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus: quic-
 quid deinde habuerimus, quicquid ipsi fuerimus,
 vestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager
 Capuanus, vobis Capua vrbs frequētabitur: cōditorū,
 patrum, deorū immortalū numero nobis eritis.

nullam colonia vestra erit, quæ nos obsequio erga
 vos fideq; superet. Annuite patres conscripti, nutû
 numenque vestrum inuictum Campanis: & iubete
 sperare incolumem Capuam futuram. Quæ frequen-
 tia omnium generum multitudinis profequente
 creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum
 lachrymarumq; plena reliquisset; in qua nunc expe-
 ctatione senatum populumq; Campanum, coniu-
 ges liberosq; nostros esse? Stare omnem multitu-
 dinem ad portas, viam hinc ferentem prospectan-
 tes certum habeo, quid illis nos, Patres conscripti, so-
 licitis ac pendentibus animis renunciare iubeatis.
 Alterum responsum salutem, victoriam, lucem ac
 libertatem: alterum ominari horreo quæ ferat. Pro-
 inde vt aut de vestris futuris fociis atq; amicis, aut
 nusquam vllis futuris, nobis cõsultite. Summotis de-
 inde legatis, cum consultus senatus esset, etiã ma-
 gnæ parti vrbs maxima opulentissimaque Italia, v-
 berrimus ager, mariq; propinquus ad varietates an-
 nonæ horreum populi Romani fore videbatur, ta-
 men tanta vtilitate fides antiquior fuit, respondit-
 que ira ex auctoritate senatus consul: Auxilio vos
 Campani dignos censet senatus: sed ita vobiscum
 amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia
 ac societas violetur. Samnites nobiscum federe
 iuncti sunt: itaque arma deos prius quam homines
 violatura, aduersus Samnites vobis negamus: lega-
 tos, sicut fas iusq; est, ad socios atque amicos preca-
 rum mittemus, ne qua vobis vis fiat. Ad ea princeps
 legationis (sic enim domo mandatũ attulerat) Quæ-
 doquidem, inquit nostra tueri aduersus vim atque
 iniuriam iusta vi non vultis, vestra certe defendetis.
 Itaque populum Campanum, vrbemque Capuam,
 agros, delubra deum, diuina humanaque omnia in
 vestram

vestram patre
 dedimus quæ
 passus. Sicut
 erent, pleni
 conuenit. Com
 manum, ille p
 sinebiaque cl
 tam periculis
 vobisq; omnia
 fides ex vna
 Summum popu
 per dedimus: f
 itaq; exempli
 ita vt patres
 mnia summi
 fiam summi
 esse amicitia
 eam apud, qui
 etia infortu
 demerent: San
 vrbs vt Capua
 ita legis ager
 et inuictos res
 edidissent id
 egredi iam ubi
 tent. Itaque cl
 agrum Campan
 legatione Roman
 nem cursu patre
 si belloque, qu
 nicho decreuer
 que ad populum
 mbo cum duobus
 itam Campani

vestram patres conscripti, populiq; Rom. ditionem
 dedimus quicquid deinde patiemur, deditiui vestri
 passuri. Sub hac dicta omnes manus ad consules tē-
 dentes, pleni lachrymarum in vestibulo curiæ pro-
 cubuerunt. Commoti patres vice fortunarum hu-
 manarum, si ille præpotens opibus populus, luxuria
 superbiaque clarus, a quo paulo ante auxilium fini-
 timi petissent, adeo intractos gereret animos, vt se
 ipse suaq; omnia potestatis alienæ faceret: tum iam
 fides agi visa, deditos non prodi, nec facturum equa
 Samnitium populum censebant, si agrum urbemq;
 per ditionē factā pop. Rom. oppugnarent. legatos
 itaq; extemplo mitti ad Samnites placuit. data mā-
 data, vt preces Campanorum, responsum senatus a-
 micitiæ Samnitium memor, deditionem postremo
 factam, Samnitibus exponeret: peterent pro soci-
 etate amicitiaq;, vt deditiis suis parcerent: neq; in
 eum agrum, qui populi Rom. factus esset, hostilia
 arma inferrent. si leniter agendo parum proficerēt,
 denunciarent Samnitibus populi Rom. senatusque
 verbis, vt Capua vrbe Campanoq; agro abstinēt.
 Hæc legatis agentibus in concilio Samnitium, adeo
 est ferociter responsum, vt non solum gesturos se
 esse dicerent id bellum, sed magistratus eorū e curia
 egressi stantibus legatis præfectos cohortium voca-
 rent, iisque clara voce imperarent, vt prædatum in
 agrum Campanum extemplo proficiscerēt. Hac
 legatione Romam relata, positis omnium aliarum
 rerum curis, patres fœcialib. ad res repetendas mis-
 sis, belloque, quia non redderentur, solenni more
 indicto, decreuerunt, vt primo quoque tempore de
 ea re ad populum ferretur: iussuq; populi consules
 ambo cum duobus ab vrbe exercitibus profecti, Va-
 lerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille

ad montem Gaurum, hic ad Satriculam castra ponunt. Priori Valerio Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt, simul in Campanos simulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nunc ad accerenda aduersus se auxilia. Ut vero castra Romana viderunt: ferociter pro se quisque signum duces poscere, affirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius leuibus certaminibus tentandi hostis causa haud ita multos moratus dies, signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus: Ne nouum bellum eos, nouisque hostis terreret. quicquid ab vrbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus, Samnitium aestimarent virtutem. qualescunque inter se certauerint, necesse fuisse alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam virtute hostium victos esse. Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella Samnitium aduersus tot decora populi Romani, qui triumphos pene plures quam annos ab vrbe condita numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Hetruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos tor praeliis caesos, postremo in mare ac naues fuga compulerit? Cum gloria belli ac virtute sua quenque fretos ire in aciem debere, tum etiam inueniri cuius ductu auspicioque in eunda pugna sit: vtrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expertus: an qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat. Facta mea: non dicta vos milites, inquit, sequi volo: nec disciplinam modo,

L I
modo, sed etiam
tionibus modo
bus, sed hac dexte
que huiusmodi pep
tricus enim eras
esse anno famili
stem habuit. Ni
beis promiscuus
une, sed virtutis
quodque spectate
Cotum cognom
Publicorum ve
manam excessi
militum homiq; p
patis, a quo trib
mes dem: eps co
finitus bene in
mibus trium p
fundior dux in
haud granate m
lanti cum veloci
contantia in cum
vultu eodem: nec
liberaret. factis
nos libertatis alie
de quo nihil pop
mae iudicibus, iud
eius in crederet
secutus ducis, cas
maxime inquam
fancia sui, sine
et Samnitibus f
le paucos ante di
tra, quadiingente

modo, sed exemplum etiam a me petere. Non fa-
 ctionibus modo, nec per conciones vilitas nobili-
 bus, sed hac dextra mihi tres consulatus, summam-
 que laudem peperit. Fuit, cum hoc dici poterat: Pa-
 tricius enim eras, & a liberatoribus patriæ ortus: &
 eodē anno familia ista consulatū, quo vrbs hæc con-
 sulem habuit. Nunc iam nobis patrib. vobisq; ple-
 beis promiscuus consulatus patet: nec generis, vt
 ante, sed virtutis est præmiū. proinde summum
 quodq; spectate milites decus. Nō si mihi nouū hoc
 Coruini cognomē diis auctorib. homines dedistis,
 Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomē
 memoria excessit. Semper ego plebem Romanam
 militiæ domiq; priuatus in magistratib. paruis ma-
 gnisq; æque tribunus ac consul, eodē tenore per o-
 mnes deinceps cōsulatus colo atq; colui. Nūc quod
 instat, diis bene iuuantib. nouū atq; integrū de Sa-
 mnitibus triumphum ecū petite. Non alias militi
 familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum
 haud grauate munia obeūdo. in ludo præterea mi-
 litari, cum velocitatis viriumque inter se æquales
 certamina ineunt, comiter facilius vincere ac vinci
 vultu eodem: nec quenquam aspèrnatū parem, qui
 se offerret. factis benignus pro re, dictis haud mi-
 nus libertatis alienæ quam suæ dignitatis memor:
 & quo nihil popularius est, quibus artibus petierat
 magistratus, iisdem gerebat. Itaque vniuersus ex-
 ercitus incredibili alacritate adhortationem pro-
 secutus ducis, castris egreditur. Prælium vt quod
 maxime vnquam, pari spe, vtrinq; æquis viribus, cū
 fiducia sui, sine contemptu hostium commissum
 est. Samnitibus ferociam augebant nouæ res gestæ.
 & paucos ante dies geminata victoria. Romanis cō-
 tra, quadringentorum annorum decora, & conditæ

vrbi æqualis victoria. Vtrisque tamen nouus hostis
 curam addebat. Pugna indicio fuit quos gesserint a-
 nimos. namque ita conflixerunt, vt aliquandiu in
 neutram partem inclinaret acies. Tum consul trepidationem iniiciendam ratus, quando vi pelli non
 poterant: equestribus immixtis turbare prima signa
 hostium conatur. quos vbi nequicquam tumultuan-
 tes in spacio exiguo voluere, turmas vidit, nec
 posse aperire in hostes viam, reuectus ad antesigna-
 nos legionum, cum desilisset ex equo: Nostrum,
 inquit, peditum illud milites est opus. agite dum, vt
 me videritis, quacunq; incessero in aciem hostium
 ferro viam facientem, sic pro se quisq; obuios ster-
 nite illa nunc omnia, qua nunc erectæ micant haste,
 patrefacta strage vasta cernetis. Hæc dicta dederat,
 cum equites consulis iussu discurrunt in cornua, le-
 gionibusque in mediam aciem aperiant viam. Pri-
 mus omnium consul inuadit hostem: & cum quo
 forte contulit gradum, obruncat. hoc spectaculo
 accensi, dextra læuaque ante se quisque memoran-
 dum prælium ciet. stant obnixi Samnites, quan-
 quam plura accipiunt quam inferunt vulnera. Ali-
 quandiu iam pugnatum erat: atrox cædes circa si-
 gna Samnitium, fuga ab nulla dum parte erat. Adeo
 morte sola vinci destinauerant animis. Itaque Ro-
 mani cum emulere iam lassitudine vires sentirent,
 & diei haud multum superesse, accensi ira concitat
 se in hostem. Tum primum referri pedem atq; in-
 clinari rem in fugam apparuit: tum capi, occidi Sa-
 mnites. nec superfuissent multi, ni nox victoriam mag-
 gis quam prælium diremisset. Et Romani fereban-
 tur, nunquam cum pertinacioris hoste conflictum:
 & Samnites, cum quaereretur quænam prima causa
 tam obstinatos mouisset in fugam, oculos sibi Ro-
 manorum

monorem at
 si fuerint oca,
 ortum. Quem re
 sed hostium pro
 viciu hostium ca
 mmi Campanor
 die. Ceterum ho
 Samnis fadarum
 Cornelius Cos
 rale penum. cir
 nec penam re
 monestem capiti
 thies est, quoad
 rotergimus. P. D
 vnam ordinem in
 cibus. sicut ardu
 haud difficilem. ita
 nem. inquit, A. Co
 An illa est spici sal
 cindepere Samit
 piamque vitas lo
 demum quibus
 hinc vni liber m
 quoniam moneti
 viciu in sua perr
 as populi Roman
 uiderat a consue
 per saltum. nec p
 quem petebat app
 uentibus cunctis
 viciu. & spaciun
 viciu in equiores
 viciu vertice. Sam
 viciuque rei omiffi

manorum ardere visos aiebant, vesanosque vultus,
 & furentia ora, inde plus quā ex alia vlla re terroris
 ortum. Quem terrorem non pugna solum euentu,
 sed nocturna profectioe confessi sunt. Postero die
 vacuis hostium castris Romanus potitur, quo se o-
 mnis Campanorum multitudo gratulabunda effu-
 dit. Caterum hoc gaudium magna prope clade in
 Samnio sedatum est. nam ab Satricula profectus
 Cornelius C o s. exercitum incaute in saltum cau-
 valle peruium, circaque in fessum ab hoste, induxit:
 nec priusquam recipi tuto signa non poterant. im-
 minentem capiti hostem vidit. Dū id morā Samni-
 tibus est, quoad totum in vallem infimam demit-
 teret agmen, P. Decius tribunus militum conspicit
 vnum editum in saltu collem, imminentem hostiū
 castris, aditu arduum: impedito agmini expeditis
 haud difficilem itaque consuli territo animi: Vide-
 ne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hoste?
 Arx illa est spei salutisque nostrā, si eam, quam ca-
 ci reliquere Samites, impigre capimus. Nec tu mihi
 plus quam vñtus legionis principes hastatosque de-
 deris: cum quibus vbi euasero in summum, perge.
 hinc omni liber metu, teq; & exercitum serua. Ne-
 que enim moueri hostis subiectus nobis ad omnes
 ictus sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortu-
 na populi Romani, aut nostra virtus expedit. Col-
 landatus a consule, accepto praesidio vadit occultus
 per saltum: nec prius ab hoste est visus, quam loco
 quem petebat appropinquauit. Inde admiratione
 pauentibus cunctis, cum omnium in se vertisset o-
 culos: & spacium consuli dedit ad subducendum
 agmen in aequiorem locum, & ipse in summo con-
 stitit vertice. Samnites dum huc illuc signa vertūt:
 vtriusque rei omiſſa occasione, neque inſequi con-

sulem, nisi per eandem vallem, in qua paulo ante
 subiectum eum telis suis habuerant, possunt: nec
 erigere agmen in captum super se ab Decio tumu-
 lum. Sed cum ira in hos magis qui fortunā gerendæ
 rei eripuerant, tum propinquitas loci, atq; ipsa pau-
 citas incitat: & nunc circumdare vndique collem
 armatis volunt, vt a consule Decium intercludant:
 nunc viam patefacere, vt digressos in vallem adori-
 antur. incertos quid agerent, nox oppressit. Decium
 primum spes tenuit, cum subeuntibus in aduersum
 collem ex superiore loco se pugnaturum: deinde ad-
 miratio incescit, quod nec pugnam inirent: nec, si ab
 eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se
 valloque circumdarent. Tum centurionibus ad se
 vocatis: *Quænam illa inscitia belli, ac pigritia est?*
 aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque
 victoriam pepererunt? Huc atq; illuc signa moueri,
 ac modo in vnum conferri, modo educi videtis. O-
 pus quidem incipit nemo, cum iam circumdati val-
 lo potuerimus esse. Tum vero nos similes istorum
 simus, si diutius hic moremur, quam commodū sit.
 Agitedum, ite mecum: vt dum lucis aliquid super-
 est, quib. locis præsidia ponant, qua pateat hinc exi-
 tus, exploremus. Hæc omnia sagulo regali amictus,
 centurionibus item manipularium militum habitu
 ductis, ne duces circumire hostes notarent, perlu-
 strauit. Vigiliis deinde dispositis, cæteris omnibus
 testeram dari iubet: vbi secundæ vigiliæ buccina da-
 tam signū esset, armari cum silentio ad se venirent.
 Quo vbi, sicut edictum erat, taciti conuerunt: Hoc
 silentium milites, inquit, omisso militari assensu, in
 me audiendo seruandum est: vbi sententiam meam
 vobis peregero, tum quib. eadem placebunt, in de-
 xtram partem taciti transibitis: quæ pars maior erit,
 eius

nos habuit car-
 tæ. Non fugi-
 circumuenit doli-
 tim oportet ca-
 gram populi R-
 vnt et solus Ieru-
 quon vultetis, ip-
 colidæ res est, qu-
 entus fortuna pe-
 oportetum coll-
 te videtis, qui cap-
 ipse multas hom-
 vites locum, cum
 cadit. *Quem*
 tio, homin oport-
 cum loq; res sunt.
 lant vtræ index
 cum maneat, an-
 paret roma. Si an-
 vobis fortuna reli-
 tum sit, si plus qu-
 num amemus. Et
 xip abire. id au-
 pte. Ecce hoc a-
 expectant, qua-
 que, nos legatur-
 as subiectis vnd-
 Agui si nos oppo-
 plecto noctis a-
 que conuenit. Si
 vltimo perit pe-
 vnt cætos faller-
 in pugnæm inie-
 cui est. Ego can-

eius stabitur consilio. Nunc quæ mente agitem, au-
 dite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos
 circumuenit hostis. virtute cepistis locum: virtute
 hinc oportet euadatis. Veniendo huc exercitum
 egregium populi Romani seruastis: erumpendo hinc
 vosmet ipsos seruate. Digni estis, qui pauci pluribus
 opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egeritis. Cum
 eo hoste res est, qui hesternò die delendi omnis ex-
 ercitus fortuna per seccordiam vsus non sit: hunc, tã
 opportunum collei imminentẽ capite suo nõ an-
 te viderit, quã captum a nobis: nos tam paucos, tot
 ipse millibus hominum nec ascẽsu arcaerit: nec te-
 nẽtes locum, cum diei tantum superesset, vallo cir-
 cundederit. Quem videntẽ ac vigilantem sic eluse-
 ritis, sopitum oportet fallatis: imo necesse est. In eo
 enim loco res sunt nostræ, vt ego vobis magis neces-
 sitatis vestræ index, quam consilii auctõr sim. neq;
 enim maneatis, an abeat is hinc, deliberari potest, cũ
 præter arma, & animos armorum memores, nihil
 vobis fortuna reliqui fecerit: fame & siti morien-
 dum sit, si plus quam viros ac Romanos decet, fer-
 rum timeamus. Ergo vna est salus, erumpere hinc,
 atque abire. id aut interdũ, aut nocte faciamus o-
 portet. Ecce hoc aliud minus dubium. quippe si lux
 expectetur, quæ spes est non vallo perpetuo fossa-
 que nos septurum hostem, qui nunc corporibus
 suis subiectis vndique cinxerit, vt videtis, collena?
 Atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hæc
 præfecto noctis aptissima hora est. signo secunde vi-
 gilæ conuenistis: quod tempus mortales somno al-
 tissimo premit. per corpora sopita vadetis, vel silen-
 tio incautos fallẽtes, vel sentientibus clamore sub-
 ito pauorem iniecturi. Me modo sequimini, quẽ se-
 cuti estis. Ego eandẽ quæ duxit huc sequatur fortunã.

Quibus hæc salutaria videntur, agite dum in dextrâ
 partem pedibus transite. Omnes transferunt, vadē-
 teinque per intermissa custodiis loca Decium secu-
 ri sunt. Iam euaserant media castra, cum superfican-
 dens vigilâ strata somno corpora miles offenso scu-
 to præbuit sonitum. quo excitatus vigil, cum proximi-
 mum mouisset, erectiq; alios concitarent, ignari ci-
 ues an hostes essent: præsidii erumperet, an consul
 castra cepisset: Decius, cum nō fallerent, clamorem
 tollere iussis militibus, torpidos somno insup pauore
 exanimat: quo prepediti, nec arma impigre cape-
 re, nec obsistere, nec insequi poterāt. Inter trepidati-
 onem tumultumq; Samnitium, præsidium Roma-
 num obuiis custodibus cæsis, ad castra consulis per-
 uadit. Aliquantum supererat noctis, iamq; in tuto
 videbantur esse, cum Decius: Macti virtute, inquit
 milites Romani este. vestrum iter, ac reditum om-
 nia secula laudibus ferent: sed ad conspiciendam
 tantam virtutem luce ac die opus est: nec vos digni
 estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silen-
 tium ac nox tegat. hic lucem quieti opperiamur. Di-
 ctis obtemperatum atque vbi primum illuxit, præ-
 missio nuncio ad consulem, in castra ingenti gaudio
 concitantur: & tessera data, incolumes reuerti, qui
 sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo
 obiecissent, pro se quisq; obuiam effusi laudant,
 gratulantur: singulos vniuersosque seruatores suos
 vocant diis laudes gratesq; agunt: Decium in cælum
 ferunt. Hic decii castrensis triumphus fuit, incendit
 per media castra cum armato præsidio, coniectis
 in eum omnium oculis, & omni honore tribunum
 consuli æquantibus. Vbi ad pratorium ventum est,
 consul classico ad concionem conuocat: orsusq; me-
 ritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit cō-
 cionem:

donec qui a d
 lo in manibus est
 nocturno paatore
 lum dilipatos ag
 tate sequendum
 leges arma cap
 equitantes noti
 ree solent alien
 fo abote, cum pa
 plio; inermes, n
 re, nec recipere int
 primam intra cast
 pia valens fratio
 volent clamor fug
 magna pumidit
 gunt pauore faer
 ter, castra dirept
 conuocet, Decii
 mutari nona vit
 istia alia dona, a
 bus eximioque vi
 ne: Mactes qui in
 mactem perpetua
 hinc pms tunica
 mactem legiones
 lera clamore don
 dera corona eul
 mposita est. Hic
 num Marti imm
 no decii, qui secur
 mibus legiones
 turant: Omnia q
 tate in lucem, in
 tur Tertio pugna

cionem: qui auctor omnia posthabendi, duro occa-
sio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes &
nocturno pauore attonitos, & circa collem castel-
latim dissipatos aggredieretur. credere etiã aliquos
ad se sequendum emissos per saltum vagari. Iussit
legiones arma capere: egressa que castris, cum per
exploratores notior iam saltus esset, via patientio-
re ad hostem ducuntur. Quem incautum improvi-
so adortæ, cum palati passim Samnitium milites,
pleriq; inermes, nec coire in vnum, nec arma cape-
re, nec recipere intra vallum se possent, pauentem
primum intra castra compellunt: deinde castra ip-
sa turbatis stationibus capiunt. Perfertur circa
collem clamor: fugatq; ex suis quenq; presidis ita
magna pars absenti hosti cessit. Quos intra vallum
egerat pavor (fuere autẽ ad triginta millia) omnes
cæsi, castra direpta. Ita rebus gestis, Cos. aduocata
concione, P. Decii non cœptas solum ante, sed cum-
mulatas noua virtute laudes peragit: & præter mi-
litaria alia dona, aurea corona cum, & centum bo-
bus eximioque vno albo opimo auratis cornib. do-
nat. Milites qui in presidio simul fuerãt, duplici fru-
mento in perpetuum, in præsentia singulis bobus,
binisq; priuis tunicis donati. Secundũ consulis do-
nationem legiones gramineã coronam obsidiona-
lem, clamore donum approbantes, Decio imponũt.
altera corona eiusdem honoris index a presidio suo
imposita est. His decoratus insignibus bouem exi-
mium Marti immolauit, centum boves militib. do-
no dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem
militibus legiones libras farris, & sextarios vini con-
tulerunt. Omniaq; ea ingenti alacritate per clamor-
em militarem, in dicem omnium assensus, gerebã-
tur. Tertia pugna ad Sueffulam commissa est: qua

Hh

fugatus a Marco Valerio Samnitium exercitus, omni robore iuuentutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri statuit: Ab Sueffula nuncii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium Cofopem oratum veniunt. Confestim signa morat relictisq; impedimentis castrorum valido praesidio, raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locum exiguum, vt quibus praeter equos ceterorum iumentorum calonumque turba abesset, castris coepit. Samnitium exercitus, velut haud vlla mora pugnae futura esset, aciem instruit: deinde postquam nemo obuius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. Ibi vt militem in vallo vidit: missiq; ab omni parte exploratum, quam in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, retulerunt: fremere omnis acies, complendas esse fossas, scindendumq; vallum, & in castra irrumpendum, transfactumq; ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. Ceterum quia multitudo sua commeatibus grauis, & prius sedendo ad Sueffulam, & tunc certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia esset: placuit, dum inclusus paueret hostis, frumentatum per agros militem duci. interim & Romano, qui expeditus quantum humeris inter arma geri posset, frumenti secum attulisset, defutura omnia. Consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas, paucis militibus adhortatus, ad castra oppugnanda ducit. Quae cum primo clamore atq; impetu cepisset, plerumque hostium in tentoriis suis, quam in portis valloq; castris, signa captiua in vnum locum conferri iussit: relictisq; duabus legionibus custodiae & praesidii causa graui edicto monitis, vt donec ipse reuertisset, praedam abstinerent: profectus agmine instructo, cum praemissis

missus eques velut indagine dissipatos Samnites a-
geret, eadem ingentem fecit. nam neq; quo signo
coirent inter se, neq; vtrū castra peterent, an longi-
orē intenderent fugā, territis cōstare poterat. Tan-
tumq; fugæ ac formidinis fuit, vt ad X L. millia scu-
torum, nequaquam tot caesis, & signa militaria, cum
iis quæ in castris capta erant, ab CLXX. ad consulē
deferrentur. Tunc in castra hostium reditū, ibiq; om-
nis præda militi data. Huius certaminis fortuna
& Faliscos, cum in induciis essent, foedus petere ab
senatu coegit, & Latinos iam exercitibus compara-
tis ab Rom. in Pelignum verit bellum. Neq; ita rei
gestæ fama Italix se finib. tenuit: sed Carthaginien-
ses quoq; legatos gratulatum Romam misere cum
coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Iouis cella
poneretur: fuit pondō XXV. Consules ambo de Sam-
nitibus triumpharunt, sequente Decio insigni cū
laude, donisq; cum incōdito militari ioco hand mi-
nus tribuni celebre nomen, quam consulum esset.
Campanorum deinde, Sueffulanorumq; auditiæ le-
gationes: precantibusq; datum, vt præsidium eo in
hyberna mitteretur, quo Samnitium excursionis
arcerentur. Iam tum minime salubris militari di-
sciplinæ Capua, instrumento omniū voluptatū delin-
ditos militum animos auerit a memoria patriæ.
inibanturq; cōsilia in hybernis eodē scelere adimē-
dæ Campanis Capuæ, per quod illi eā antiquis cul-
torib. ademissent: neq; immerito suum ipsorum ex-
emplū in eos versurū. Cur autem potius Campani
agrum Italix vbertimū, dignā agrō urbē, qui nec se
nec sua tutari possint, quā victor exercitus haberet,
qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulsi-
set? An æquū esse, dedititios suos illa fertilitate atq;
amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilenti

Hh 2

V.C. atque arido circa urbem solo luctari? aut in vrbe
 insidentem labem crescentis indies scenoris pati?
 Hæc agitata occultis coniurationibus, nec dū vul-
 gata in omnes consilia inuenit nouus Cos. C. Mar-
 tius Rutilius, cui Campania forte provincia eue-
 rat, Q. Seruilio collega ad urbem relicto. Itaq; cum
 omnia ea sicut gesta erant per tribunos comperta
 haberet, & ætate & vsu doctus: quippe qui iā quar-
 tum Cos. esset, dictatorq; & censor fuisset: optimū
 41. ratu, differendo spem quodocunq; vellent consi-
 lii exequendi militarem impetum frustrari, rumo-
 rem dissipat, in iisdem oppidis & anno post præsidia
 hybernatura. diuisa enim erant per Campaniæ vr-
 bes: manauerantq; a Capua consilia in exercitū
 omnem. Eo laxamento cogitationib; dato, quieuit
 c. 29. in præsentia seditio. Consul educto in æstiuam militē
 dum quietos Samnites habebat, exercitum purga-
 re missionib; turbulentorum hominum instituit,
 aliis emerita dicendo stipendia esse: alios graues iā
 ætate, aut viribus parum validos. Quidam in com-
 meatus mittebantur. singuli primo, deinde & co-
 hortēs quædam, quia procul ab domo ac rebus suis
 hybernassent, per speciem etiam militariū vsuum
 cum aliis alio mitterentur, magna pars ablegati, quā
 multitudinem consul alter Romæ, prætorque alias
 ex aliis fingendo moras retinebat. Et primo quidē
 ignari ludificationis, minime inuiti domos reuise-
 bant: postquam neq; reuerti ad signa primos, nec
 ferme alium, quā qui in Campania hybernassent,
 præcipueq; ex iis seditionis auctores mitti viderūt:
 primū admiratio, deinde haud dubius timor in-
 cessit animos, cōsilia sua emanasse: iam quæstiones,
 iam iudicia, iam occulta singulorum supplicia, im-
 potensq; & crudele consulum ac patrum in se re-
 gnum

L. I.
 gratia passur
 moribus terant
 consiliis cement
 amore esset, ad
 uocantes conle
 diuque aliis (vr
 sum rabido admo
 quam ad missi exe
 citi in opem positi
 xum perueniant
 lo singula perfe
 imperatore iume
 yperationis satis
 posse velle quent
 sedis periculo sci
 dimento exercitū
 no die cum eadem
 rator regis quida
 tum in Tusculan
 que in memorie
 minime magna e
 videret claudus
 emissione ac for
 templo agnouer
 acciderunt si
 quam facturum
 noque silentio n
 nulli erant, in
 pfectum, nihil m
 horē aut vbi resti
 tunciantes, in ca
 templo aduocier
 erant: subito
 ducere iubent Su

gnum passuros. Hæc qui in castris erât, occultis ser-
 monibus serunt, nervos coniurationis eiectos arte
 consulis cernentes. Cohors vna cum haud procul
 Anxure esset, ad Lautulas saltu angusto inter mare
 ac montes confedit, ad excipiendos quos consul a-
 liis atque aliis (vt ante dictum est) causis mittebat.
 Jam valido admodû numero manus erat: nec quic-
 quam ad iusti exercitus formam, præter ducem, de-
 erat. incompositi itaque prædantes in agrum Alba-
 num perueniunt: & sub iugo Albæ Lõgæ castra valo-
 cingunt. perfecto inde opere, reliquum diei de
 imperatore sumendo sententiis decertant, nulli ex
 præsentibus satis fidentes. quem autem ab Roma
 posse acciri? quem patrum aut plebis esse, qui aut
 se tâto periculo sciens offerat, aut cui ex iniuria in-
 sanientis exercitus causa recte committatur? Postero
 die cum eadem deliberatio teneret ex prædato-
 ribus vagis quidam cõpertum attulerunt, T. Quin-
 tium in Tusculano agrum colere, vrbis honorum-
 que immemorem. Patriciæ hic viçgētis erat: cui cû
 militiæ magna cum gloria acta finem pes alter ex
 vulnere claudus fecisset, ruri agere vitam procul
 ambitione ac foro constituit. Nomine audito, ex-
 templo agnovere virum: & quod bene verteret,
 acciri iusserunt: sed parum spei erat, volûrate quic-
 quam facturum. vim adhiberi ac metum placuit. I-
 taque silentio noctis cum tectum villæ, qui ad id
 missi erant, intrassent, somno grauè Quintium op-
 pressum, nihil medium, aut imperium atque hono-
 rē aut vbi resistaret, mortem, ni sequeretur, de-
 nunciantes, in castra pettraxerunt. Imperator ex-
 templo adueniens appellatus: insigniaq; honoris
 exterrito subitæ rei miraculo deserunt, & ad urbē
 ducere iubent. Suo magis inde impetu, quâ consilio

C. 40.

ducis conuulsis signis, infesto agmine ad lapidem octauū vic̄ que nunc Appia est, perueniunt, isentq; confestim ad urbem; nō venire contra exercitū, dictatoremq; aduersus se M. Valerium Coruinum dictum audissent, & magistrum equitum L. Æmilium Mamercum. Vbi primum in conspectum ventū est, arma signaque agnouere: extemplo omnibus memoria patriæ iras permulsi. nondum erant tā fortes ad sanguinem ciuilem: nec præter externa nouerat bella: vltimaq; rabies secessit ab iuis habebatur. Itaq; iam duces, iam milites vtrinq; cōgressus querere ad colloquia. Quintius, quem armorū etiā pro patria fatietas teneret, nedum aduersus patriā: Coruinus omnes charitate ciues, præcipue milites, & ante alios suam exercitum complexus, ad colloquiū processit. Cognito ei extēplo haud minor ab aduersariis verecundia, quā ab suis silentiū datum.

1 Deos, inquit, immortales, milites, vestros publicos,
 2 meosq; ab vrbe proficiscens ita adorauī, veniamq;
 3 supplex poposci: vt mihi de vobis concordia partē
 4 gloriā, nō victoriā darent. factis fuit, eritq; vnde belli
 5 decus pariatur: hinc pax petenda est. Quod deos immortales
 6 inter nuncupāda vota expoposci, eius me
 7 cōpotē voti vos facere potestis: si meminisse vultis,
 8 non vos in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano
 9 solo castra habere: si illos colles quos cernitis, patrię
 10 vestrę esse si hunc exercitum ciuiū vestrorum: si me
 11 cōsulem vestrum, cuius ductu auspicioq; priore anno
 12 bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vici-
 13 pistis. Ego sum, M. Valerius Coruinus, milites: cuius
 14 vos nobilitatem beneficiis erga vos nō iniuriis fen-
 15 distis: nullius superbe in vos legis, nullius crudelis fe-
 16 natufcō sulti auctor: in omnib; meis imperiis in me
 17 seuerior, quā in vos. Ac si cui genus, si cui sua virtus,
 18 si cui

si cui etiam maiore
 potuerunt is et
 esse consilium a
 viginti annos mat
 nōdum plebi
 Magnas quam
 dicit sequentes
 peris dicitur a g
 tra meo milites m
 te hōies. Ergo vos
 quā in vos ego lib
 quā incipiet atque
 dicitur a unum am
 vobis illi qui in
 hōies potes. Auen
 hōies angulis, vt ol
 que circumos pallis
 locum legiones, te
 equauerunt: vos s
 impio collos. Tite
 hōies in armis cōt
 tu in nōdum os te
 te angulis, cui ded
 am. Nunc ad paci
 ter pignos tabis. &
 pōtētiis. Postula
 nōdum stratum et
 mōdum meum
 nōdum ad suos ver
 angulis rias me et
 nōdum dārem. Non
 nōdum sed Romanus
 nōdum imperator, milites
 nōdum aduersus vo

si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus
 potueruntis erā natus, id specimen mei dederā. ea
 aetate consulatū adeptus eram, vt potuerim tres &
 viginti annos natus consul paritib. quoq; ferox esse,
 non solum plebi. Quod meū factum, dictumve cō-
 sulis grauius quam tribuni audistis? Eodem tenore
 duos insequentes consulatus gessi: eodem hac im-
 periosa dictatura geretur: vt neq; in hos meos & patri-
 aē meā milites mitior, quam in vos, horreo dice-
 re hostes. Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum,
 quā in vos ego. Isthinc signa canent, isthinc clamor
 prius incipiet atque imperus, si dimicandum est. In-
 ducite in animam, quod nō induxerūt patres auiq;
 vestri: non illi qui in sacrum montem secesserūt: nō
 hi qui postea Auentinum infederunt. Expectate dū
 vobis singulis, vt olim Coriolano, matres coniuges-
 que cōtinuis passis obuia ab vrbe veniant. tum Vol-
 scorum legiones, quia Romanū habebant ducem,
 quieuerunt: vos Romanus exercitus nō destiteritis
 impio bello? Tite Quinti, quocūq; istic loco seu vo-
 lens seu inuitus cōstitistis: si dimicandum erit, tum
 tu in nouissimos te recipito: fugeris etiā honestius,
 tergumq; ciui dederis, quam pugnaueris contra patri-
 aē. Nunc ad pacificandum bene atq; honeste inter
 primos stabis, & colloquiū huius salutaris inter-
 pres fueris. Postulate aqua, & fert: quanquam vel
iniquis standum est potius, quam impiis inter nos
conleramus manus. Titus Quintius plenus lachry-
 marum ad suos versus: Me quoque, inquit, milites
 si quis vltus mei est, meliorem pacis quam belli ha-
 betis ducem. Non enim illa modo Volscus aut Sa-
 mnis, sed Romanus verba fecit, vester consul, vester
 imperator, milites, cuius auspicia pro vobis experti,
nolite aduersus vos velle experiri. Qui pugnarent

22 vobiscum infestius, & alios duces senatus habuit
 23 qui maxime vobis suis militibus parceret, cui plurimum
 24 pacem eriam qui vincere possunt, voluit. Quid nos
 25 velle oportet? **Quin omnis ira & spe fallacibus au-**
 26 **ctoribus, nos ipsos nostraque; omnia cognite permit-**
 27 **timus fidei?** Approbantibus clamore cunctis, Titus
 Quintius ante signa progressus, in potestate dicta-
 toris milites fore dixit: orauitque, vt causam misero-
 rum ciuium susciperet, susceptamque eadem fide,
 qua rempub. administrare solitus esset, tueretur. si-
 bi se priuatim nihil cauere: nolle alibi quam in
 innocentia spem habere. militibus cauendū, quod
 apud patres semel plebi, iterum legionibus cautū
 sit, ne fraudi secessio esset. Quintio collaudato, ex-
 teris bonum animum habere iussis, dictator equo
 citato ad urbem reuectus, auctoribus patribus tulit
 ad populum in luco Petilino, ne cui militum fra-
 udi secessio esset. Oravit etiam bona venia Quirites,
 ne quis eam rem ioco seriove cuiquam exprobra-
 ret. Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius
 militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur:
 additamque lege, ne quis, vbi tribunus militum
 fuisset, postea ordinum ductor esset. id propter P.
 Salonium postulatum est ab coniuratis: qui alter-
 nis proue annis & tribunus militum, & primus cen-
 turio erat, quem nunc primili appellant. Huic in-
 fensi milites erant, quod semper aduersatus nouis
 consiliis fuisset, nec particeps eorum esset, qui ab
 Lautulis fugissent. Itaque cum hoc vnum propter
 Salonium ab senatu non impetraretur, tum Salo-
 nius obtestatus patres conscriptos, ne suum hono-
 rem pluris quam concordiam ciuitatis estimarent,
 perpulit, vt id quoque ferretur. & que impotens po-
 stula-

fiderum fuit,
 aut etiam ea ten-
 nterfari conuata
 quod quodam L.
 ludo populum, n-
 bilis castrum, n-
 ro decem mne o-
 no tanto gereret, v-
 eritatu. Quz si on-
 hand partes vites
 nullo: pro dnum
 dnum. sed per Co-
 ueniam. A animam
 tridnum conuira
 eberatu T. Quin-
 noho impetum iac-
 pofitum, vt dux
 pofitum loco mu-
 mario nem conco-
 uento armati eere-
 factum: de permif-
 uenit de lachryman-
 Confum viderent
 auitio, ueruliffe o-
 nullo adeo nihil pra-
 maque compofitrat
 res conitae. Et huius
 am Semmibus g-
 Romana Societate
 fidum: am dnu foed-
 atque Semm
 nau im

stulatum fuit, vt de stipendio equitum (merebant
 autē triplex ea tempestate) ara demerentur, quod
 aduersati coniurationi fuissent. Præter hæc inuenio
 apud quosdam, L. Genucium tribunum plebis tu-
 lisse ad populum, ne fenerare liceret. Item aliis ple-
 bificis cautum, ne quis eundem magistratum in-
 tra decem annos caperet, neu duos magistratus v-
 no anno gereret, vtrique liceret Coss. ambos plebei-
 os creari. Quæ si omnia concessa sunt plebi, apparet
 haud paruas vires defectionem habuisse. Aliis an-
 nalibus proditum est: neq; dictatorem Valerium
 dictum, sed per Coss. omnem rem actam: neq; an-
 tequam Romam veniretur, sed Romæ eam mul-
 titudinem coniuratorum ad arma consernatam
 esse: nec in T. Quintii villam, sed in ædes C. Manlii
 nocte impetum factum: eumq; a coniuratis com-
 prehensum, vt dux fieret: inde ad quartum lapidem
 profectos loco munito confedisse: nec ab ducibus
 mentionem concordia ortam, sed repente, cum in
 aciem armati exercitus processissent, salutationem
 factam: & permistos dextras iungere, ac complexi
 inter se lachrymantes milites cœpisse: coactosque
 Coss. cum viderent auersos a dimicatione militum
 animos, retulisse ad patres de concordia reconcili-
 anda adeo nihil præterquam seditionem fuisse, e-
 amque compositam, inter antiquos rerum aucto-
 res constat. Et huius fama seditionis, & susceptum
 cum Samnitibus graue bellum aliquot populos ab
 Romana societate auertit: & præter Latinorum in-
 fidum iam diu foedus, Priuernates etiam Norbam
 atque Setiam finitimas colonias Roma-
 nas incurfione subita de-
 populati sunt.